



De Sacramentali Mandvcatione Corporis Christi et Sacramentali potu sanguinis ipsius in Sacra Coena Domini : Theologica & Scholastica Tractatio

<https://hdl.handle.net/1874/420709>

3

DE
SACRAMENTALI
MANDV CATIONE
CORPORIS CHRISTI ET SA-
cramentali potu Sanguinis
ipsius in Sacra Cœna
Domini.

Theologica & Scholastica
Tractatio.

AVCTORE ANTONIO
SADELE.



Excudebat Ioannes Le Preux.
M.D. LXXXIX.

2
ACRAGAMENTI
ETIQUETTI
MANUCAUTIO
CEREMONIA
DOMINUM

1
TOLYKIA E. SCHOLARIA
TURKIA

2
AKTONI
TACOTRA
SALVATORE



3
EXCEPTEA POMPEA TACONI
MDLXXX



ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI, AC DOMI-

NO Do. MAVRITIO, Do.

Wilhelmi Fil. Landtgrauio Haf-
siæ, Comiti in Catzenelnbogen,
Dietz, Nidda, Ziegenhain, &c.
Dominio Suo Clemētissimo: Sa-
lutem per Iesum Christum Do-
minum nostrum.

LLLVSTRISSIME
Princeps, Clementissime
Domine: Cogitanti mi-
hi ante aliquot annos de Sacro Cæ-
na Dominica mysterio Theologicè
& Scholasticè differere, præclaras
hac Tertulliani sententia occurre-
bat: ordinè esse à principalibus de-

De Re-
sur. carni

J. ij.

ducendū. Ut enim in reliquis omnibus disciplinis, ita maximè in Theologicis Tractationibus, confusio vituperanda est. Quum igitur mibi propositum esset sanctissimum Corporis & Sanguinis Christi mysterium tractare, opera & pretium mihi visum est, imprimis agere de Humana ipsius Christi Naturæ veritate, atq; ab illo capite arcessere sequentes de Sacra Domini Cœna disputationes. Etenim si quis ignoret quid sit Corpus & Sanguis Iesu Christi, quā nam illius natura atq; essentia: quā tandem fieri potest, ut intelligat, quid sit Māducatio Corporis Christi, & Potus Sanguinis ipsius? Itaq; Theologica & Scholastica Tractatio De veritate Humana Naturæ Iesu Christi

Christi à nobis ante quatuor annos
edita est, ut eā substerneremus dua
bus aliis Tractationibus, tū de Spi-
rituali Corporis Christi, tum de Sa-
cramentali ipsius corporis Mādu-
catione: sicut in Praefatione ad Illu-
strissimos & Potētissimos Germa-
niae Principes veritatem Euange-
licam amplexos, admonebamus.
Quum autem iam operi manum
admoueremus: en Gallici tumultu
repente exorti sunt, qui me to-
tos tres annos, ciuilis illius tem-
pestatis fluctibus iactatum, ab in-
stituto opere reuocarunt. Rectè e-
nim Hieronymus ad studia Theo-
logica silentio & otio opus esse iudi-
cauit. Simulatq; verò mihi ad pristi-
na mea studia, quasi postlimino re-

Ad Mar
cellinā.

J. iii.

dire, Dominus concessit, nihil mihi
prius faciendum putavi, quam ut
pro nostra tenuitate id prestarem,
quod antea promiseram me factu-
rum. Conscriptimus igitur Tracta-
tum De Spirituali Manducatione
Corporis Christi, eumq; dicauimus
nomini Illustrissimi & Potentissi-
mi Principis Friderici Comitis Pa-
latini, Electoratus haredi, Vestræ
Celsitud. consanguinei. Huc vero de
Sacramentali Mædicatione Tra-
ctatum, ut offeram Vestræ Celsi fa-
cit ipsa rerum quia à nobis tractan-
tur substantia & natura. Quem-
admodum enim hi duo Tractatus
aptissime inter se coherent: ita vi-
deo vos ambos Illustrissimos & ve-
rè Christianos Principes, arctissimo
sanguinis

sanguinis, etatis, studiorum & quod longè maximum est) pietatis vinculo esse coniunctos. Atq; optimam hoc meo facto verè præfigire licet futurum, ut ambo cōiunctissimis animis promouendo Regno Christi & Euāgelica doctrina propaganda, atque etiam comparanda Reipublica Christiana trāquililitati, felicissimam operam nauetis. Quòd si Illustrissimus & Potentissimus Princeps & Dominus Do. V̄willelmus Landgravius parens vestra Cels. dignatus est, pro sua Clēmentia, nostras aduersus Fr. Turrianū nouas sodalitatis Monachum Disputationes, sua Cels. iampridē anobis dicatas, quo & facili animo recipere: idem mihi iure videor

J. iiiij.

posse, de Clementissimi Parentis
Clementissimo filio polliceri. Quin-
etiam memor veteris illius dicti
χαριν λαβων περνο, velim hoc nostrū
munusculum grati nostri ac memo-
ris animi, perpetuum esse moni-
mētum. Nam ad maxima illa be-
neficia, qua Gallica Ecclesia doctri-
nā Euangelicam profitētes ab Illus-
trissimis & Potentissimis Celsit.
Vestr. Maioribus acceperunt, hoc
etiam priuatim accessit: quod quī
Illustriss. & Potentiss. Parēs Ve-
stra Celsitud. me ad suam Celsitud.
profectum, benignissimè (qua est i-
psiis clementia) excepisset, ipsa e-
tiam Vesta Celsi. me sapenume-
ro suo colloquio dignata est. Hic ve-
rò quid commemorem doctissimos
Vestra

Vestræ Celsitud. sermones? Ex quibus facile tum perspexi eam plus etiā quam etatis ratio ferebat, Latinis & Græcis literis tinctam, & optimis cuiusque modi disciplinis, perpolitam esse. Adde studium Poëtices, quo Vestræ Celsit. ita delectatur, ut eicum ipsis Musis maximum commercium esse appareat. Quum autem ab humanioribus disciplinis ad res Theologicas diuinisq[ue] sermo Vestræ Cels. assurgebat: tunc nō poterat satis apud me, vel laudare, vel admirari Illustris. & Potetiss. parentis singularē prudentialam, addo etiā felicitatem, qui Vestrā Cels. tam accurate & tā excellēter instituendā curauerit. Quae re sapetum agebā cum nobili &

generoso Bernardo Kentelio. Pro-
principe, & cū clarissimo Henrico
Canisio Cancellario viris præstā-
tiſſ. & magna pietate ac doctrina
preditiss. & quos suo merito Illust.
& Potētiss. parens V.C. plurimi fa-
cit. Redigebā idētidem in memoriam
quod ait Solomo, parentes esse libe-
rorū ornamentum: & vicissim, libe-
ros esse parētum coronā. Quod qui-
dē in vos ita quadras, ut propono-
dum videri possit Solomo nomina-
tum de Vestrīs Cels. egregiam illam
sententiā edidisse. Quia obrem Illust.
Princeps (hic enim mihi liceat co-
hortationem illam repetere, qua
fape apud V.C. usus sum) expēdat
V.C. quot quartisq; domesticis exē-
plis sit ad pietatis virtutisq; studiū
pronosticā.

pronocata: quātam expectationem
sustineat, quippe quā ipsa cōcitaner-
it praeclaris illis initis. Expendat,
inquā, V. C. & sibi ipsi accommodet
aureā hanc Chrysostomi sententiā: De Sam.
Animū adolescentis debere esse do-
mum Dei. Huius igitur domus in
animo Vestræ Cels. fundamēta fe-
liciter iacta sunt. Reliquū est ut V.
Cels. pergit domū illā Dei quotidie
extruere rebus maximis & cogni-
tione dignissimis, iis præsertim quo
ad puriorē Religionē pertinent, stu-
diosè meditandis. Quare summissè
peto à V. C. ut hoc nostra tenuitatis
minuscultū benignè recipere digne-
tur: quod nō eo cōsilio ipsi offerimus,
quasi eā velimus res antea ignotas
edocere: sed ut tantū nostris ali-

quando legendis (siquidem id facere non grauabitur) eare uocet in memoria de quibus grauissimos viros sape audiuit doctissime differentes. Satis enim cuique perspectum est quam fuerit atque etiamnum sit Germania Theologis, pietate doctrinaq; præstantissimis ac celeberrimis exornata. Id quod etiam satis ipse animaduerti, tum multis aliis, tñ doctissimis Pastoribus Cæsellensibus cōueniendis, qui me colloquio suo cohonestarunt. Quanquam autem in hoc nostro Theologico & Scholastico Tractatu disserimus, non solum à Pōtificiis: sed etiam ab aliis nonnullis, qui nobis in hoc grauissima doctrina capite visi sunt apudicato, verbi Deirecedere:

cedere: tamen nolim nostrum hoc
scriptum in eam partem accipi,
quasi delectemur dissidiis fœuedis:
quam potius ex animo optemus ex-
tinctas illas cōtentiones, quæ super
hacre, magno piorum omnium do-
lore, iampridem extiterunt. Vestrā
igitur Celsitudo apud se reputabit,
verum esse quod Nazianzenus
admonebat: viris etiam pacis amā-
tissimis necesse aliquando esse ^{Ephes. 4. 12.}
^{τὸν εἰρήνης τόλεμον}. Nihil est fateor,
nihil est, inquam, pace iucundius,
nihil optabilius: sed ita tamen ut
ne unquam à Theologica veritate
recedamus, quam semper \mathfrak{E} cre-
dendam esse \mathfrak{E} loquendam veris-
simè censuit Augustinus. Atque
ut iterum hoc loco Nazianzenum

S:at.ex-
cerp.185.

appellemus: sic ille scitè & eleganter
hac de re loquuntus est: xp̄s̄t̄ oꝝv̄ ꝑp̄t̄ aſſ̄c̄
Vbi ſu- ò moroias n̄ iꝝp̄ d̄oſ̄eias diſſaiois. Qua-
prā. - re noſtra hac Vestræ Celsitud. obla-
ta, vestrōque nomini dicata Dispu-
tatio eò ſpectat, ut diſſidiis omnibus
perpetua obliuione conſepultis, ſan-
ctissima inter nos ac verè Christia-
na coniunctio ſanciatur. Quod ſi
qui noſtrum hunc Tractatum ſcri-
ptis πολεpiſiſ, dentatiſque chartis
exagitandum fuſceperint: profite-
mūr, nunquam nos in illam conui-
tiandi arenam deſcenuros: quippe
quum nobis conſtitutum ſit, ſemper
quidem ad argumenta diſſerētum,
nunquam autem ad maledicta co-
uitiantium reſpōdere. Porro de no-
stra methodo, cuius rationem in a-
liis

litis nostris scriptis reddidimus: nō
putauit aliquid hic à nobis esse repe-
tendū. Nobis enim propositū est, nō
res copiosa diffusaq; oratione dila-
tare: sed potius ipsam cōtrouersiam
(quoad eius fieri potest) nudā &
pertā ante omniū oculos proponere:
ut Verbo Dei duce, adhibitoq; usū
Analytica & Apodeictica disci-
plina & lectores facilius verū à falso
diudicent. Rectè enim Hierony-
mus, quū phaleratam orationem in
Theologicis Tractationibus impro-
baret. De rebus sacris tractanti, in-
quit, pedestris oratio necessaria est,
nō qua verborum cōpositione fron-
descat. Bēne ac feliciter vale Illu-
strissime Princeps, & nostra tenui-
tatis laborem sibi dicatum V. C. pro

Ad Da-
malum.

sua clementia & benignitate boni
 consulat. Dominus Vestrā Cels. sui
 Spiritus donis præstantissimis ma-
 gis magisq; exornare perget, Eccle-
 sia Christiana (ut omnes sperat &
 & exopiāt) quā plurimum aliquā-
 do profuturis. Itēmque Deum Opt.
 Max. ex animo precor, ut V. C. Il-
 lustriſſimum & Potētissimū Pa-
 rentē, non solum ipſi V. Celsitud. sed
 etiam toti Ecclesia, diu ſaluum &
 incolumem conſeruet.

Ex Muſeo noſtro. Cal. Mart.
 anno Domini M. D. LXXXIX.

Illuſtriss. Vestrā Celsitudinis
 obſeruantissimus.

A. SADEL.

TADOGHAM MANDAR 23

D E S A C R A M E N T A L I
M A N D U C A T I O N E C O R P O R I S
Christi, & Sacramentali potu San-
guinis ipsius in sacra Domini Cœna.

C A P V T I.

AEC præclara Augustini sen- De Doctr.
tentia: Omnet doctrinam vel Christ. lib.
Rerum esse vel Signorum: cùm 1. cap. 2.
alijs quæstionibus explicandis,
um maximè conuenit huic no-
stra tractationi de sanctissimo Cœna Domi-
nicae Sacramento. Itaque quum in Tractatu
antè à nobis edito egerimus de Spirituali mā-
dicatione Corporis Christi, & de spirituali
potu sanguinis ipsius in Cœna Domini: nunc
nobis est de Sacramentali mandicatione &
potu differendum: ut ex Augustini sententia,
Rerum doctrina cum Signorū doctrina con-
iungatur. Ut enim arctissimam nostram cum
Christo coniunctionem ex qua vitam spiri-
tualem & æternam haurimus, nobis Christus
ipse ante oculos proponeret: Sacramentum
Cœnae Dominicæ instituit: in quo proposi-
tis Signis, videlicet Pane & Vino, quæ sunt
ordinaria corporum nostrorum alimenta, ex-
primere voluit alimentum illud cœlestē ac
spirituale, quo animi nostri fōuentur in vitam
æternam. Quum enim tanta sit ingenij nostri

A.j.

2 DE SACRAM. MANDVCAT.

tarditas, ut etiam Verbo Dei commonefacti,
ea quæ ad vitam æternam pertinent vix intel-
ligere possimus: tanta porrò sit nostra incre-
dulitas, ut diuinas promissiones vera fide per-
cipere nobisque accommodare difficultatum
sit: tanta denique obliuio ut beneficiorum Dei
memoria statim nobis effluat: Idcirco Domi-
nus ut infirmitati nostræ succurreret, cum
prædicatione Verbi Sacraenta etiam con-
iunxit, quibus fides nostra & facilius docere-
tur & efficacius confirmaretur: nōsque ipsi in
assidua beneficiorum Dei recordatione ver-
saremur. Atque hæc adeò conneniant Cœnz
Dominicæ Sacramento, ut rerum Diuinarum,
quibus salus nostra continetur, imprimisque
eius vitæ quam in Christo habemus, meritò
dici possit lucidissimū speculum, certissimum
pignus & perpetuum monumentum.

In hac autē Sacramentali Mādicatione ex-
plicanda nobis negotiū erit: primū cū Pon-
tificijs Transsubstantiationem inuentib⁹.
Deinde cum alijs nonnullis quibus videtur,
fieri non posse, ut verè simus Corporis Chri-
sti participes, nisi ipsum Christi Corpus Verè
ac Realiter sit præsens in terris, cum pane, In
pane & Sub pane. Illos Transsubstantiatores,
hos verò Consumentes vulgo appellari
audimus: ac propterea utemur hisce nomi-
nibus, non quod velimus conuitum cuiquam
facere, sed ut ita facilius significetur, utrum
que sententia, quam hac nostra Disputatione
refel-

CORPORIS CHRISTI.

3

refellendam suscepimus. Utrosque vero una Disputatione comprehendimus, quandoquidem, licet non in omnibus conueuant, tamen iisdem propemodum aduersus nostram sententiam utuntur argumentis, & ipsa nostræ sententiæ veritas iisdem firmamentis aduersus utrosque asseritur: quemadmodum ex sequentibus fieri manifestum. Primum igitur nostra proponenda est, deinde audienda verorumque sententia.

Credimus quoties S. Domini Cœna ex in- Orthodoxa
stituto Christi celebratur, panem & vinum, sententia da
que nobis ore corporis sumenda proponuntur, Sacra-
mentum Man-
essentiam ac substantiam suam retinere, & ducationes
nihilominus fieri Signa & Sigilla certissima,
veri Corporis & Sanguinis Iesu Christi, cor-
poraliter in cœlo existentis: quæ quidem videli-
cet Corpus & Sanguis Christi, animis nostris
exhibentur vera fide recipienda, idque virtus-
te & efficacia Spiritus sancti, arctissimam
hac & spiritualem coniunctionem efficientis:
Itemque fieri Signa & Sigilla sanctissimæ
communionis cum mystico Corpore Iesu Chri-
sti quod est Ecclesia.

Hanc nostram sententiam ita exponimus. Explicatio.
Quandoquidem Cœna Domini est Sacra-

A.ij.

4 DE SACRAM. MANDVCAT.

mentum, & ea est Sacramentorum Ecclesiæ natura, vt duabus rebus constent, nimirum Signo & ipsius Signi veritate (id quod ab omnibus Theologis ἐμπολογημένως receptum est) inde consequitur, panem & vinum, quæ in S. Domini Cœna nobis porriguntur, non iam esse ex naturali corum usu spectanda (nec enim nobis præbentur ut ex illis corpora nostra nutriamus) sed in eum finē adhiberi ut fides nostra signis illis magis ac magis instruta, confirmataque, verè & spiritualiter manducet Corpus & Sanguinem Iesu Christi in vitâ æternâ: de qua Spirituali manducazione iam in alio Tractatu egimus.

Manducaționē Sacramentalē ita à Spirituali manducațione distinguimus, vt quū Panis, ex Sacramentorum natura, vocetur Corpus Christi cuius est certissimum signum ac sigillum (vt infrà copiosius dicendū erit) illi dicantur Corpus Christi manducare Sacramentaliter siue Sacramentali manducațione, qui in Cœna Domini sacrum illud Corporis Christi signum ore corporis manducant. Illi autem dicantur manducare verum Christi Corpus Spirituali manducațione, qui ipsius animæ ore, id est vera fide, percipiunt Corpus Christi, eiusque sunt verè participes, efficacitate Spiritus sancti, manducantes non solum panem Domini, sed etiam panem Dominum, vt aliquid dixit Augustinus.

Itaque quemadmodū verum Christi Cor-

pus

CORPORIS CHRISTI.

5

pus potest Spiritualiter sine signo, & extra
Cœnam Domini manducari: nempe in Ver-
bo vera Fide recepto(id quod Veteres & Re-
centiores Ecclesiæ Doctores agnoscunt.) Ita
Signum & Sigillum Corporis Christi potest
aliquando sine ipius veri Corporis percep-
tione Corporaliter manducari in S. Cœna:
tunc autem dicitur quidem Corpus Christi
manducari: sed tantum Sacramentaliter,
hoc est, ratione Sacramenti. Nam qua ra-
tione sacer ille Panis dicitur Corpus Christi,
et ratione Manducatio sacri illius panis dici-
tur Corporis Christi Manducatio. Vocabulū
autem Sacramenti, licet variè sumatur à Do-
ctoribus Ecclesiasticis:(interdum enim sumi-
tur pro Signo, interdum pro tota Actione à
Christo instituta) tamen hoc loquendi ge-
nus Manducare Sacramentaliter: refertur im-
primis ad ipsius signi perceptionem: atque hæc
locutio & aliquot aliæ consimiles, cum aliis
plerisque Doctoribus, tūm Augustino fami-
liares sunt. Sacmenta, inquit Augustinus, ex
similitudine earum rerum quarum Sacra-
menta sunt, plerunque etiam ipsarum rerum no-
mina accipiunt: sicut ergo secundum quendā
modum Sacmentū Corporis Christi, Cor-
pus Christi est: Sacmentum Sanguinis Chri-
sti, Sanguis Christi est: Ita Sacmentum fidei,
Fides est. Hec Augustinus epist. 23. Quòd si Sa-
cramenti vocabulum generaliter accipias pro
tota Actione Cœnæ Domini, & pro ipsa tū Si-

A.ij.

6 DE SACRAM. MANDVCAT.

gni tum Rei Signatę perceptione: sequeretur,
Sacramentalem manducationem, eo sensu,
comprehendere & Corporalem & Spiritua-
lē Manducationē simul: atque ita vocabulum
Sacramentaliter quod Theologi usurpat ad
distinguendum inter utramque Manducatio-
nem, nihil distingueret: imo ne distingueret
quidem inter eos qui ad salutem, & alios qui
ad iudicium Cœnam Domini participant.

Rom. 4. In terminis ipsis nulla est aut petexqua dif-
ficultas. Signum & Sigillum dicimus (que duo
Paulus coniunxit, quum de Circuncisione lo-
queretur) ut sacrum hoc Mysterium à nudis
Signis longè sciungamus. Nec enim tantum
docemur ex ipsa ἀραδογίᾳ & conuenientia
quæ est inter Signum & rem Significatā, Cor-
pus & Sanguinem Christi esse animorum no-
strorum alimentum: sed etiam Spiritus San-
ctus vtitur Signis illis ceu instrumentis ut v-
nicuique ex iis qui verè credunt applicet pre-
stantissimum hoc Dei donum, quum Rem fa-
cias illis simbolis significatam, in fidelium ac
piorum animis efficaciter obsignat.

Cor. 10. Potrò Corpus Christi dicitur h̄c duobus
modis: aut enim significat verū Christi Cor-
pus quod pro nobis in cruce traditum est: aut
significat veram Ecclesiam Dei cuius ipse Chri-
stus caput est, quemadmodum & Scriptura
loquitur, & Veteres exponunt. Vtraque signi-
ficatio in hoc Mysterio locum habet. Nam per
Spiritualē veri Corporis Christi manduca-
tio,

tionem, arctissimè cum Christo coniungimur: & ab ipso ceu à capite vita ad nos tanquam ad ipsius membra dimanat. Præterea sancto eiusdem Fidei & fraternæ Charitatis vinculo inter nos deuincimur, tanquam eiusdem Corporis membra.

De Fide & de Spirituali perceptione Corporis Christi egimus in Tractatu de Spirituali manducazione, vnde depromi poterūt quæ ad horum vocabulorū intelligentiam pertinent.

Denique huc redit nostra hæc sententia, vt ab iis longissimè recedentes qui sanctissimum Cœnæ Domini mysterium habent pro Signis nudis, (quos in Tractatione de Spirituali Mādicatione Corporis Christi refutauimus) nō tamen animos nostros in crassas eorum cogitationes demergamus, qui Signa cum Rebsignata confundentes, neque Signa nequerum Significatarum veritatem retinuerunt.

Pontificiorum autem, hoc est, Transsubstantiatorum sententia est eiusmodi.

Quotiescunq; proferūtur ea verba Christi, “ quibus Sacramentū hoc instituit, super panē “ & vinū, idque à Sacerdote qui intentionē ha- “ beat consecrandi : tum substantiam panis & “ vini conuerti in substantiam veri Corporis “ & veri Sanguinis Christi, remanentibus nudis “ accidentibus panis & vini, quæ quidem acci- “ dentia significant corpus & sanguinem Chri- “ sti velatum ipsis accidentibus. Porrò Corpus “ Christi realiter existens sub illis accidentibus “

8 DE SACRAM. MANDVCAT.

esse lignum tum veri Corporis Christi, quod
in cruce pependit, tum mystici corporis Christi
nempe Ecclesiae. Denique tradunt totum
Corpus Christi esse sub specie panis & sub
qualibet parte eius: & ore percipi tam à pīs
quam ab impiis.

Hanc sententiam ut explicarent diu multūmq; Pontificij Scholastici laboratūt. Quintūm Monachi Transubstantiationis fatelites etiam nū hodie nihil non tentant, ut possint grauissima illa incōmoda, quæ sententiā ipsorum consequūtur, vlla vel ratione, vel rationis similitudine declinare: sed haec tenus ex hoc inexplicabili labyrintho nullo se sophistes & argutiarum filo expedire potuerunt. Huc tandem euadunt, ut dicant verba Christi accipienda esse sine vlo tropo, sed simpliciter ut sonant: ex quo sit, ut quum Christus affirmet id quod porrigebat discipulis esse suum Corpus pro nobis traditum & sanguinem pro nobis fusum, id de vero ac naturali ipsius Corpore & Sanguine realiter præsente sub accidentibus panis & vini, intelligendum sit. Porro Dei potentiam suo illi dogmati prætexunt: adeò ut in hoc mysterio non audiendæ sint naturæ leges: sed hoc vnum nobis satis superque esse debeat: quod Deus est Omnipotens. Tametsi postremis hisce temporibus exorti sunt noui illi ac recentes Monachi (quos vulgò Iesuitas appellant) qui nouas quasdam argutias excogitarunt, ut probent

bent scilicet dogma Trāffubstantiationis ipsis
naturā legibus nō planè repugnare. Quæ om-
nia suis locis à nobis sigillatim excutienda
sunt.

Consubstantiatorum sentētia est huiusmodi.

In Sacramento Cœnæ Domini panis & vini substantiam remanere quidem, sed vna cum pane & vino Christi Corpus & sanguinem inesse realiter præsentia in terris, & rea- lice corporis tam à piis ac pœnitentibus, quām ab impiis & impœnitentibus recipi.

Hanc sententiam exponunt itidem ut illi superiores. Nimirum vrgent τὸ πντὸν, nec ullū tropum in Christi verbis admittunt. Tantum hoc differunt, quod cum Pontificij dicant Corpus Christi esse sub accidentibus panis: hi, Corpus Christi existere Sub, In, & Cum ipso pane arbitrantur.

Hæc igitur est Controversia. An in Cœna Domini Corpus & Sanguis Christi, vel sub solis panis & vini Accidentibus: vel In, Cum, Sub ipso Pane & Vino Realiter & Essentialiter existens, Ore corporis manducetur & bibatur tam à piis & fidelibus, quām ab impiis & impœnitentibus. Nec-ne. Ex cuius Controversiæ definitione simul etiam emerget: Eam propriè Sacramentalem Manducationē Corporis Christi dicendam esse, quum, ex instituto Christi, sacer panis in Cœna Domini manducatur, qui quidem nominatur Corpus Christi, cò quod Signum est & Sigillum cer-

XO DE SACRAM. MANDVCAT.

tissimum ipsius Corporis, ut ante diximus. Superiorem autem illam oralem Manduca-tionem Realis & essentialis Corporis Christi ab aduersariis introductam, non posse dici Sacramentalem Corporis Christi manduca-tionem: quod idem de Sacramentali potu Sanguinis Christi dictum esto.

Itaque ex ratione atque ordine nostræ me-thodi: primùm ex certissimis Scripturæ fun-damentis demonstranda est sententiæ nostræ veritas.



CAPVT II.

Avidamus igitur Scripturæ locos de hoc sacro mysterio differen-tes.

Matt.26.

Edentibus eis accepit Iesus pa-nem, & quum benedixisset fregit deditque discipulis & ait: Accipite, comedite, hoc est Corpus meum: & accepto poculo ac gratis actis, dedit eis dicens: bibite ex eo omnes, hoc est enim Sanguis meus. Noui illius Testa-menti qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis, non bibam ab hoc tempore ex hoc fructu vitis usque ad diem illum quum ipsum bibam vobiscum nouum in regno pa-tris mei.

Luc.22.

Et accepto pane quum gratias egisset fregit & dedit

dedit eis dicens, hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in mei recordationem: Itidem. poculum postquam cenauisset dicens, hoc poculum est nouum illud Testamentum in sanguine meo qui pro vobis effunditur.

Accepi à Domino quod et tradidi vobis: Do-
minum Iesum ea nocte qua prodebat accepisse
panem, & gratiis ad te fregisse ac dixisse, Accipite,
edite, hoc meum est Corpus quod pro vobis fran-
gitur, hoc facite ad mei recordationem: Itidem &
poculum postquam cenasset dicendo: hoc poculum
est nouū illud Testamentū in meo Sanguine: hoc fa-
cete quotiescumque biberitis ad mei recordationē.
Quotiescumque enim ederitis panem hunc & po-
culum hoc biberitis mortem Domini annuntiatis
usquequò venerit. Itaque quisquis ederit panem
hunc, aut biberit hoc poculum Domini indignè,
renuntietur Corporis & Sanguinis Domini. Pro-
bet autem quisque seipsum, & ita de pane illo e-
dat & de poculo illo bibat: nam qui edit & bibit
indignè, iudicium sibi ipse edit & bibit, non discer-
nens Corpus Domini.

Poculum benedictionis cui benedicimus, nonne
communio sanguinis Christi est? panis quem fran-
gimus, nonne communio corporis Christi est? Quo-
niam unus panis unum corpus multi sumus. nam
omnes unius panis sumus participes.

Ex superioribus Scripturæ locis nostram
in deducimus ita conficimus.

Α'ΠΟ' ΔΕΙΞΙΣ.

„ **Q**uid est Ecclesiæ Christianæ Sacra-
 „ mentū in quo res terrenæ ad res cœ-
 „ lestes ac spirituales quæ ad vitā æternā perti-
 „ nent significandas, obsignandas & in memo-
 „ riam reuocandas adhibentur, & expresso
 „ Dei verbo, tū ipsarum rerum cœlestium, cum
 „ etiā terrenarū vera & naturalis essentia sive
 „ substantia asseritur: atque ipsi terrenis rebus
 „ tribuuntur eorum rerum nomina quarum
 „ signa sunt: Illud est eiusmodi ut res ipsæ ter-
 „ renæ suam essentiam ac substantiam reti-
 „ neant, & nihilominus siant Signa & Sigilla
 „ certissima, adeoque monumenta eorum om-
 „ nium quæ significant, & quæ verè simul spiri-
 „ tualiter exhibentur & præbentur per veram
 „ fidem, virtute & efficacia Spiritus sancti,
 „ non autem corporaliter nec oraliter reci-
 „ pienda.

„ Sacra Domini Cœna est Ecclesiæ Christianæ Sacra-
 „ mentum in quo res terrenæ, (nempe
 „ panis & vinum, quæ nobis ore corporis su-
 „ menda proponuntur) ad res cœlestes ac spiritua-
 „ les significandas obsignandas & in memo-
 „ riam reuocandas adhibentur (nempe ad signi-
 „ ficandum verum Christi Corpus & sanguin-
 „ em, itēmque ad significandam & obsignan-
 „ dam Spiritualem & arctissimā cūiunctionem
 „ cum ipso Christo & communionē cum my-
 „ stico

stico Corpore Christi, quod est Ecclesia: itemque ad renouandam Christi ac præsertim Mortis ipsius memoriam) & expressio Dei verbo tum ipsarum Rerum cœlestium: (videlicet Corporis & Sanguinis Christi) tum etiam terrenarū, (videlicet panis & vini) vera & naturalis essentia ac substantia afferitur, tum ipsi terrenis rebus (nempe pani & vino) tribuuntur earum rerum nomina quarum signa sunt, (nimicum nomina Corporis & Sanguinis Christi.)

Quare Sacra Domini Cœna est eiusmodi ut res ipsa terrena (videlicet panis & vinum quæ nobis ore corporis sumenda propounderunt) suam essentiam ac substantiam retineant, & nihilominus fiant Signa & Sigilla certissima, adeoque monimenta eorum omnium quæ significant, & quæ verè simul Spiritualiter exhibentur & præbentur vera fide, virtute & efficacia Spiritus sancti, non autem corporaliter, nec oraliter recipienda.

EXPLICATIO SUPERIORIS

Demonstrationis.

Si superior Demonstratio ad regulas Analyticas exigatur, facile patet in omnibus artificiis: adeo ut non possitulla ratione de Complexionis veritate dubitari. Quod ut cuius sit perspicuum, ita paucis explico.

Maior propositio quæ continet rō mīor

extra controuersiam est: nisi fortè quis vel Sacramentorum naturam ignoret, vel dubitet de certissima verbi Dei veritate, quod absit. Porro continet definitionem & propria ~~ad~~
de eius rei de qua agitur, adeò ut ipsum Medium sit ~~ad~~μεσον.

Minor propositio confirmatur cum ipsâ Sacramentorum naturâ, tûm expressis illis Scripturæ locis, qui nostræ Demonstrationi substrati sunt. Etenim affirmamus Sacram Domini Cœnam esse Sacramentum Ecclesie Christianæ, ac proinde rectè colligo, In S. Cœna res terrenas ad res cœlestes ac spirituales significandas adhiberi. Quia hoc est de ratione Sacramenti, quemadmodum doctissimi quique Theologi tradiderunt. Hinc qui in Sacramentorum tractatione versantur identidem in ore habent Augustini dictum: Accedit verbum ad elementum & sit Sacramentum. Id quod etiâ facilè probari possit inductione, si quis omnia tum Veteris, tum Noui Testamenti Sacraenta dispiciat, in quibus omnibus, adeoque in Baptismo, quâ res terrena adhibetur ad rem spiritualem significandam: quâ minus idem in hoc Cœnae Domini Sacramento statuendum sit nulla satis idonea ratio afferri potest. Quintam quam Paulus moneat eos qui sacrum hunc panem edunt, dijudicare ac discernere Corpus Domini, ne iudicium sibi manducent ac bibant: satis aptè significat rem vulgarem à re Sacra: item Si-

gnum

gnum à re Significata, & rem terrenam à re
 spirituali & coelesti esse discernendā. Huc adde
 quod dicitur de Christi & mortis ipsius recor-
 datione, quandoquidem μημόσυνον sine signo
 cōmode intelligi non potest. Signum autē in
 hoc mysterio (ut cū August. & aliis loquamur)
 est res terrena diuinitus instituta, quæ præter
 id quod ingerit sensibus, aliud facit in cogita-
 tionē venire: in qua non quid sit attēditur, sed
 potius quid significet. Signa & Sigilla dicimus
 quia res significatæ simul exhibentur, spiri-
 tualiter, vera fide, ut diximus, recipiēdæ. Nam
 inutile est signum, nisi fides intus adsit, in-
 quir Chrysostomus. Deinde subiiciimus ve-
 ram & naturalem essentiam ac substantiā pa-
 nis & vini a steri expresso Dei verbo. Sic enim
 Euangelistæ commemorant, *Christum ac-
 cepisse panem & quum benedixisset fregisse ac
 dedisse discipulis*, quæ omnia de pane dōnō r̄
 x̄v̄ intelligenda sunt. Quod enim accepit
 Christus illud fregit, ac dedit discipulis. Ac-
 cepit autem Christus panem: Quare Christum
 fregisse ac dedisse panem discipulis, om-
 nino necessarium est, nisi ipsa Euangelistarum
 verba, ipsamque orationis seriem laceres ac
 perueritas. Adde hæc verba Pauli: *Quoties-
 cumque ederitis panem hunc: item: Quisquis
 ederit panem hunc: & Sic de pane illo edat: &
 panis quem frangimus: &c.* ne mihi profe-
 renda sit eorum sententia qui nomine Fra-
 ctionis panis apud Lucam sacram Cœ-

1. Cor. II.

16 DE SACRAM. MANDVCA.

Act. 2.
Matt. 26.

nam Domini intelligunt . Rursus poculum i-
 plum Christus ipse appellat *geninem*, sive
fructum vitis: quo nomine terrenum vinum si-
 gnificat, ac propterea illi opponit nouum fru-
 ctum vitis, cuius in regno Dei futuri sumus
 participes. Ex quibus omnibus manifestum
 est, veram ac naturalem substantiam Panis &
 Vini in hoc Sacramento constitui , & ita ex-
 presso Dei verbo asseri, ut qui de eo dubitarit,
 ille meritò de verbo Dei dubitare videatur.
 Quid autem addimus pani & vino tribui ca-
 rum rerum nomina quarum signa sunt , per-
 spicuum est ex his verbis. *Hoc est corpus meum.*
hoc est sanguis meus. Corpus etiam mysticum
 & eius communionem significari, Paulus do-
 cet his verbis : *Quoniam unus panis, unum cor-*
pus multi sumus. Itaque efficitur, panem & vi-
 num quæ nobis in S. Cœna Domini pro-
 nuntur esse Signa & Sigilla certissima eorum
 quæ significant, & quorum propterea nomen
 habent; itemq; esse monimenta quibus Chri-
 stus, adeoq; Mors ipsius nobis in memoriam re-
 uocatur, id quod patet ex his verbis. *Hoc facite*
in mei recordationem: item : *Quotiescunque ede-*
ritis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mortem
Domini annuntiatis usque quò venerit. Denique
 verum Christi Corpus spiritualiter & fide
 manducari, idque virtute & efficacia Spiritus
 sancti: in superiori nostra disputatione de Spi-
 rituali manducazione Corporis Christi, fusè
 exposuimus: quæ nihil attinet h̄ic repetere.

Fis

His igitur omnibus expositis, nobis redit superior illa nostra sententia, nempe *Panem & vinum, quæ nobis in S. Cœna Domini propounderunt, suam substantiam retinere: & nihilominus fieri signa & sigilla certissima, adeoque monimenta eorum omnium quæ significant & quæ sunt spiritualiter & fide recipienda.* Id quod erat demonstrandum.



CAPVT III.

NUNC ex ratione nostræ methodi aduersus dogmata Transsubstatiæ & Consumentiationis nobis est avocatio a magistris & lectorum disputationum. Verum enim uero quia Consumentiatores commentū illud Pontificium de Transsubstatiæ repudiant, & tunc demum se inclinant ad Pontificios, quum in hoc Mysterio agunt de reali Inexistentia Corporis Christi, idcirco, primū omnium Pōtificiorum Transsubstatiæ nobis euertenda est. Hic autē lectores velim admonitos, mihi hoc loco nō esse propositū ostendere, sanctissima illa Christi verba quib. ipse sacrū Cœnæ mysteriū instituit, ad Pōtificios, suū illud exterrum & reale (vt illi quidem affirmant) Missæ sacrificiū celebrātes, minimè pertinere. Hic agitur de Sacra D. Cœna expressis Christi verbis instituta, non de humanis cōmentis,

B. j.

quib. maximo totius orbis Christiani malo,
ipsum Cœnæ Dominicæ Sacramentū in Mis-
sam Pótificiā, hoc est, in nudos inanésq; ritus
ac ceremonias theatricas & quod longè gra-
uius est, in idololatriā conuersum est: qua de-
re alibi in Tractatu de Vnico Sacrificio Chri-
sti differuimus: Sed quia propositæ questio-
nis habenda est ratio, sequens disputatio in
Pontificiā Transubstantiationē feretur, vt ea
Ecclesiæ Romanae sententiā euertamus, quā
anteā in primo capite recensuimus de cōuer-
sione substatiæ panis & vini, in verū Corpus
& Sanguinē Iesu Christi, remanētibus panis
& vini accidentibus: & reliqua eiusmodi
quæ suprà nobis commemorata sunt.

Aduersus Transubstantiationem.

ARG. I.

OMNE dogma quo negatur id quod ex-
pressis Apostolorum & Euangelistarum ver-
bis affirmatur ex Ecclesiæ Christianæ finibus ex-
terminandum est.

Dogma de Transubstantiatione est eiusmodi,
vteo negetur id quod expressis Apostolorum &
Euangelistarum verbis affirmatur.

Quare dogma de Transubstantiatione ex Ec-
clesiæ Christianæ finibus exterminandum est.

Maior est in promptu. Minorē propositio-
nem sic probamus. Transubstantiatores ne-
gant in S. Cœna Domini, post consecra-
tio-

tionem, panis substantiam remanere, ac
proinde negant esse panem: quum tamē A-
postoli & Euangelistæ verbis expressis pa-
nem esse dicant. Ut patet ex capite superiori
proximo, & ex locis Scripturæ quibus nostra
demonstratio nititur, vbi nominatim post
benedictionem vocatur panis. *Panis quem*
frangimus, inquit Paulus. Quotiescumque ederi-
is panem hunc, &c. & Christus, *Non bibam de*
hoc fructu vitis. (inquit.) Respondent Christi
Corpus vocari panē, propterea quod panis
conuersus est in Corpus Christi: ut homo
vocatur terra & cinis quia de terra factus
est. Contrà, scqueretur, Christi Corpus fieri
de substantia panis, quæ sit ipsius Corporis
materia: quod est absurdissimum. Nam vnius
eiusdémque corporis vna est eadémque
materia, & vna est forma. Quare sanctissi-
mum Christi Corpus nō potest constare du-
plici materia eaque differente toto genere:
homo verò dicitur terra, tum quia eius cor-
pus à terra desumptum est, tum quia tan-
dem in terrā reuertitur. At Christi Corpus
neque de panis substantia desumptum est,
neque in panis substantiam reuertitur.

Captant etiam aliud diuerticulum ex eo
quod dicitur virga Aaronis absorpsisse vir-
gas magorum Pharaonis, cùm tamen virga
tum esset in serpentem conuersa. Sed ratio
est in promptu, nempe quia statim virga
illa in pristinam ac naturalem formam

i. Cor. 10.
i. Cor. II.
Matth. 26

20 DE SACRĀ M. M A N D V C A T.
erat redditura, eamque formam tum habebat,
quum Moses haic historiam conscripsit.
Quinetiam verbū Absorbendi satis indicat
tunc temporis fuisse serpentē: nec enim pro-
prium est virgæ ut aliquid absorbeat. Virgas
autem Magorū dicit Moses fuisse absorptas,
ut distinguat miraculum Dei à magicis præ-
stigiis. Ergo nihil huic historiæ cum Cœna
Domini commune est. Etenim in illa virgæ
conuersione exterior oculorum sensus affe-
ctus est, & tandiu visus est ille serpens, quā-
diu durauit illa conuersio & donec virga in
pristinam formam redierit. At in Cœna Do-
mini, nihil tale apparet, nec sensus vlo mo-
do afficiuntur commentitia illa conuersio-
ne, sed potius dictant planè contrarium.
Præterea ne ipsi quidem Pontificij volunt,
panē factū esse Corpus Christi, nec rursus de
Corpore Christi panem fieri: quod tamen
necessariò sequeretur ex illa comparatione
virgæ Mosis. Denique conuersio virgæ in ser-
pentem expressis ac dilucidis Scripturæ ver-
bis affirmatur: at de conuersione panis in
corpus Christi nihil extat in Scriptura. Sic
enim Moses. *Erfuit (inquit) in serpentem: scz.*
conuersa. At nihil tale dicitur de pane.

I I.

Si panis substantia conuertitur in corpus Chri-
sti: Ergo Cœna Domini non est Sacra-
mentum. Ad u'yalov.

Con-

Consequentia patet. Nam ea est natura Sacramentorum (ita dictante Scriptura & Veteribus omnibus assentientibus) ut sit *ἀναλογία* inter Signum & Signatum, qua sublata, Sacramentum etiam tollitur. Si Sacraenta (inquit Augustinus) quandam Ep. 23. similitudinem earum rerū quatum Sacramēta sunt non haberēt, omnino Sacramēta non essent. Atqui *ἀναλογία* huius Sacramenti sita est in ea facultate nutriendi quam panis habet: ut ita doceamus, animos nostros ali ac foueri corpore & Sanguine Iesu Christi in vitam aeternam, quemadmodum pane & vino corpus nostrum alitur ac fouetur in hac vita. Iam si tolitur substantia panis, obsecro te, vobinam erit illa nutriendi facultas? nec enim panis albedo, rotunditas, & reliqua huiusmodi accidentia nutriunt. Quod si Transsubstantiatio (liceat enim mihi hoc dicere) suos liberos, hoc est, multiplicem illam Monachorum progeniem, qui tam præfracte vetitati resistunt, solis accidentibus aleret, profecto iampridē eorum contendendi studium refrixisset. Item: quandoquidem panis in S. Domini Cœna est etiam signum mystici corporis, siue sanctissimæ illius unionis qua omnia Ecclesiæ membra sub Christo capite arctissimè inter se conjunguntur, non minùs quam ex multis granis frumenti unus panis conficitur: Si tollatur panis substantia, simul esse definit haec *ἀναλογία*, ac proinde tollitur

Sacramentū: contra hęc expressa verba Pau-
t. Cor. 10. li, Panis quem frangimus, nonne communio corpo-
ris Christi est? Quemadmodum unus panis, unum
corpus multis sumus: nam omnes unum panem par-
icipamus. Hęc Paulus, contra Transubstan-
tiationem pro nobis differens.

Atenim inquiunt, ante Transubstantia-
tionem fuit panis, ac propterea fuit etiam
illa ἀναλογία. Ego verò sic insto. Ergo aut pa-
nis fuit Sacramentum ante Transubstantia-
tionem (& sic Transubstantiatio evanescit)
aut sequitur, id quod esse desit, esse Sacra-
mentum: quod inconstantissimè dicitur &
ἀντιφατικάς. Nam id quod non est simplici-
ter, quomodo erit Sacramentum? Atque o-
mnino contendant licet Monachi neruos o-
mnes sophisticos: affirmo illos effugere non
posse, quin posita Transubstantiatione, tol-
latur Sacramentum: faciant, singant, inue-
niant omnia diuerticula: semper veritas for-
tior eminebit.

III.

Si Baptismi Sacramentum effectum suum plenē
shabet in fidelibus, remanēne A qua substan-
tia, nec ulla idonea (sicuti suo loco ostende-
mus) ratio afferri potest, quamobrem non idem de
Sacramento Cœna Domini statuendum sit: quum
utrobique proponatur, & exhibeat arctissima
cum Christo coniunctio: certè ut S. Cœna Domini
effe-

effectum suum plenè habeat nihil opus est panis
vinique Transubstantiatione.

Verum est Antecedens.

Verum ergo & Consequens.

Connexi veritas petitur ex summa similitudine quæ inter Baptismum & sacram Cœnam Domini intercedit, quam quidem ego sic demonstro.

Primum, utrumque est Novi Testamenti Sacramentum à Christo institutum. Deinde, Si cōparentur ea quæ de Baptismo, cū ijs quæ de Cœna Dom. dicuntur, inde patebit tanta utriusque Sacramenti conuenientia, ut ne hæc quidem sine illis intelligi possint. Audiamus enim ea quæ dicuntur de Baptismo

Qui crediderit & baptizatus fuerit seruabitur.

Matt. 28.

Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu

Act. 2.

Christi in remissionem peccatorum. Nisi quis genitus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire

Ioan. 3.

in regnum Dei. An ignoratis, nos quoiquot baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem ipsius

Rom. 6.

esse baptizatos, &c. Nam si cum eo plantati co-

Gal. 3.

lumus conformatio[n]e mortis eius, nimirum etiam

1. Pet. 3.

resurrectionis (conformatio[n]) coalescēmus. Qui-

Tit. 3.

cunque in Christo baptizati estis Christum indui-

fis. Nos Baptismus seruat, non abiectio sordium

carnis, sed bona conscientia interrogatio erga Deū

per resurrectionem Iesu Christi. secundum præno-

tionem Dei Patris in sanctificatione Spiritus, ad

Obedientiam & aspersionem sanguinis Iesu Chri-

sti, Seruauit nos per lauacrum regenerationis, &

B. iiiij.

24 DE SACRAM. MANDVCAT.

renouationem Spiritus sancti. &c. Vicissim audiamus ea quae de Cœna D. dicuntur.

Ioan. 6.

Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Nisi ederitis carnem filij hominis & bibetis eius sanguinem, non habetis vitam in vobis. Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Qui edit meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet & ego in eo.

I. Cor. II.

Matth. 26 habet vitam eternam. Probet seipsum homo & sic de pane illo edat, &c. Hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur, hoc est sanguis meus qui pro multis funditur in remissionem peccatorum, &c.

Ex his omnibus summa Baptismi & Cœnae Domini similitudo & conuenientia facile elucescit quādoquidem utробique agitur de Remissione peccatorum, de Salute & vita æterna, de Coniunctione quæ nobis cum morte Christi adeoque cum ipso Christo arctissima intercedit. Vulgatum est autem illud: De similibus similia: de iisdem eadem esse statuenda.

Ioan. 3.

Ad antecedens quod attinet: illi ipsi tentur, Aquæ substantiam remanere: cur ergo non idem censeant de Cœna Domini? Num est maius aliquid aut mirabilius, nutritri in vitam æternam: quam in vitam eternam regenerari? minimè certe: nec minus hoc nouum Nicodemo, quam illud Capernaitis durum visum est.

At, inquiunt, non eadem verba in Baptismo,

mo, quæ in Cœna Domini. Nec enim Christus ostendens Aquam, dixit, Hoc est sanguis meus. Quod quidem diuerticulum ego sic refello. Primum est petitio principij. Hoc enim est inter nos controuersum, an illa Christi verba, *Hoc est corpus meum*, Transsubstantiationem inferant. Deinde licet totidem verbis eadem sententia non exprimatur, tamen affirmo, ea quæ de Baptismo dicuntur æquipollere iis verbis, quibus Sacra Domini Cœna instituta est. Quid enim hæc sibi volunt, *Lauacrum regenerationis: aspersio sanguinis Iesu Christi: Baptizari in remissionem peccatorū*, & quæ sunt huiusmodi. Quis enim nescit nō Aquæ substantiam, sed Christi sanguinem esse lauacrum regenerationis? itemque: non Aquæ substantia sed Christi sanguine Remissionem peccatorum nobis comparari? Quid porro sibi vult illud Apostoli, *Eos qui baptizantur, in mortem Christi baptizari: nonne his verbis significatur sanguis Christi?* Itaque tum verbum *Baptizandi* (quod significat mergendo abluere) tum ipsius rei circumstantia satis complectitur nomen Sanguinis, licet non expressum sit in ipsa Baptismi institutione. Tertiò si propter hanc loquendi formulā, *Hoc est corpus meum, vsque ad Cœna Domini Baptismo antecellit*, ut illic fiat Transsubstantiatio, hic verò non fiat; Ergo Sacraenta Veteris Testamenti sunt longè præstantiora Baptismi Sacramento. Nam in

Tit.3.

1.Pet.1.

Rom.6.

veteris Testamenti Sacramentis similis loquendi formula vspuratur: vt, *Hoc est Transitus sine Pascha: Hoc est fædus meum*: de Circuncisione: Item: *Petra erat Christus*, & aliquot consimilia. Atqui hoc consequens ipsimet valde repudiant, quippe qui nobis obiciunt, vetera nos Sacraenta cum Novi Testamen ti Sacramentis exæquare.

III I.

Si his Christi verbis, *Hoc est corpus meum* Transubstantiatio efficitur. Ergo explicari non potest, quid significetur pronomine, *Hoc*. Absurdum est consequens: Absurdum igitur & Antecedens.

Consequentia ita probatur. Quum, Hoc sit demonstratiuum (vt id à Grammaticis repetamus) aliquid demonstraret necesse est. Quare aut demonstrat Corpus Christi, aut ipsam panis substantiam cum eius accidentibus, aut sola panis accidentia. Si demonstrat corpus Christi: Ergo id non fit vi Transubstantiationis, quam illi volunt effici ex horum verborum prolatione. Sic enim Thomas: Cōsecratio, inquit, perficitur in ultimo instanti prolationis verborum. Itaque queretur, esse corpus Christi ante consecrationem, quod illi vehementer negant. Huc ad de plana hęc & perspicua Euangelistarum verba. *Accepit panem, fregit, deditque discipulis suis*. Quod si referant demonstratiuum, *Hoc*,

ad

ad ipsam panis substantiam, & omnino ad ipsum panem, quippe Signum & Sigillum Corporis Christi certissimum (vti necesse est) petuit ergo Transsubstantiatio: sequitur enim, verum panem fuisse Apostolis demonstratum. Absit enim ut vnuquam ausint dicere, aliquid fuisse falsò demonstratum à Christo. Denique si dicant sola panis accidentia fuisse demonstrata, sua retexunt omnia: quandoquidem negant, accidentia esse corpus Christi, quod tamen Christus ipse affirmaret. Hic, quem tandem exitum reperiant: nemo poterit hactenus explicare. Nam quod ridiculè

am cōminiscuntur Vagum aliquod Individuum, id profectò est eiusmodi, ut febricitantis cuiusdam Monachi delirium esse videatur: imò ne intelligi quidem possit istud ~~avtiquarum~~ non differendi sed somniandi genus. Nullum est enim Individuum quod non sit ~~rederit~~: ac proinde certum, non autem vagum, indeterminatum aut indefinitum: præterim quū præcedat demonstratum, *Hoc*, certum aliquid designans. Sed qui veritati resistunt, ita errant ac vagentur necesse est. Quinetiam si is esset sensus verborum Christi quem illi volunt, perinde ac si diceret, *Hoc quod velatur sub accidentibus panis, est corpus meum*, certè Transsubstantiatio iam præcessisset illa Christi verba: quemadmodum diximus. Denique quū oculis corporis accidentia demonstretur potius quam ipsa substantia

Epist. II. tibus, contemplantur: ac proinde dicebat Au-
gustinus, interiores oculos esse iudices exte-
riorum oculorum.) omnino demonstratum
Hoc substantiam suis accidentibus vestitam
significat, aut est demonstratum non de-
monstrans. Itaque si demonstraretur corpus
Christi, quandoquidem est exterior & alpe-
ctabilis demonstratio, certè demonstraretur
corpus cum suis accidentibus, atque ita Cor-
pus Christi videretur in Cœna Domini, &
esset omnibus aspectabile: quod longè fecus
est.

v.

Si in Cœna Domini substantia panis non rema-
net, sed sola panis accidentia supersunt. Ergo
accidentia nutriunt. Itemque: ex accidentibus ge-
nerantur vermes & cineres: quod vel opinari, stu-
tissimum est.

Consequentia patet ex ipso sensu & ex i-
psa experientia. Nam qui sacra illa Signa par-
ticipant, in seipsis sentiunt vim ac facultatē
panis & vini: adeò ut absurdum sit affirma-
re, panis vinique substantiam esse desuisse,
remanentibus solis accidentibus. Rursus me-
moriae proditum est, reliquias Eucharistiae
comburi solitas. Denique non negant Pon-
tificij quin identidem apud ipsos hostiæ (ut
vocant)

vocant) diutiū asseruatæ tineis ac vermis
bus absumantur, ex qua re inter ipsos Trāſ-
substantiatores non parua exorta est dispu-
tatio, dum querunt, vndēnā illi vermes exi-
stant, & quid tum fiat de Christi Corpore:
Theologicè, scilicet, de Cœna Domini dif-
ferentes.

V. I.

Si in Cœna Domini sola panis ac vini acci-
demia supersunt: Ergo rursus illa accidentia
in substantiam Transsubstantiantur, ita ut Pon-
tificij pro una iam duas habeant Transsubstan-
tiationes. Consequentia patet, Certum est e-
nim (nisi rursus velint ipsos etiam homines
in lapides & truncos ἀναθίνοντες transsub-
stantiare) in Cœna Domini panis vinique
saporem & gustū remanere. Ex quo efficitur,
subesse panis ac vini substantiā, quandoqui-
dē sapor sine substantia materiata esse nō po-
test, neque hactenus auditum est ullius acci-
denti saporem esse. Ad hæc perspicuum est,
accidentia illa quæ Pontificij sola superesse
existimant: non esse quasdam Mathematicas
delineationes, sed esse corpora Physi-
ca materiam & τὰ πάθη corporis natura-
lis habentia, cuiusmodi est longitudo, la-
titudo & profunditas: quæ omnia vel ipsi
Pontificii negant ad Christi corpus pertine-
re. Quamobrem si quis existimat, accidentia
materiā constare, ille profectò accidens in
substantiam commutauit.

VII.

Matth. 26. 1. Cor. 10. &c. **S**i in Cœna Domini sola panis accidentia remanent: ergo stare non potest quod dicitur in Scriptura de sacri Panis fractione. *Adūrator.*

Ioan. 12. Exod. 12. Consequentia patet. Ecquid enim frangetur? Num Christi Corpus? Absit. *Os non corfringeatis ex eo.* Inquit. Et nominatim Euangelistæ. *Accepit panem, inquiunt, fregit, deditque discipulis.* & Paulus: *Panis quem frangimus.* Num igitur accidentia franguntur? Atqui nos agimus non de Mathematica sed de vera fractione: adeò ut, nisi sublstrata sit materia ac substantia, fractio, locum habere non possit.

Respondet Thomas (magnus ille Transubstantiationis patronus, qui quantum in ipso fuit non dubitauit ipsa naturæ fundamenta conuellere, ut suæ Transubstantiationi blandiretur.) Quantitatem dimensiua frangi. Quod ego sic refello. Fractio de qua agitur aut est vera, aut mathematica. Si mathematica, ruit igitur huius Sacramenti veritas: quod absit. Item: ergo quibusdam præstigiis, eorum qui intersunt oculi deluduntur, apparet enim vera & realis fractio. Item: Ergo abrogatur fides verbo Dei: quod absit. Nam Paulus: *Panis quem frangimus,* inquit, *non communio est Corporis Christi?* Item: Nisi sit vera fractio, quomodo significabit summos illos dolores quos Christus in cruce pro nobis passus est? Sic enim Paulus verba Christi com-

commemorans, *Hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur*, inquit, alludens ad veram panis fractionē. Itaque, si fractio panis, est pars Sacramenti, (quippe cū significet maximos Christi cruciatus) veram esse fractionem, necesse est. Quomodo enim res falsa rei verissimae Sacrum signum sanctumque pignus esse potest? Rursus, si fractio vera est (sicuti est omnino) non igitur sola quantitas dimensiua frangitur: quia in vera fractione, non sola quantitas sed ipsum quantum frangitur: hoc est, ipsa substantia quæ quantitatem habet. Atque hęc de Thomę somnio nobis dicta sint. En quō tandem euadant etiam præclara hominum ingenia, quum humana commenta purissimo Dei verbo anteponūt.

VIII.

Si in Cœna Domini sola panis vīnique accidētia remanent (ut Pontifici volunt) ergo accidentia subsistunt sine subiecto. Ad uator. Respondet Thomas quem plerique ex recentioribus scholasticis sequuntur (Franciscanis quātūuis licet propter inueteratū inter illas sc̄tas odium, inuidentibus & obſrepentibus) solam quantitatē dimensiua subſtere sine subiecto. & in ipſa quantitate reliqua accidentia fundari. Quod quidem non iam somnium sed delirium ita redarguo. Quantitas non potest esse dimensiua, niſi sit alicuius quanti dimensiua: hoc est, non po-

32 DE SACRAM. MANDVCA T.
test dici quantitas dimetiens, nisi aliquod
quantum dimetiatur. Hæc enim sunt ex ter-
tio genere Relatorum τὸ μέτρον πρὸς τὸ μέτρον.
Iam hic non agitur de quantitate illa ma-
thematica quæ fit ἐξ ἀφαίρεσις, sed de quan-
to physico quod videtur, contrectatur, mo-
uetur & quod est longum, latum & profun-
dum. Itaque quantitas illa dimetiens ne-
cessariò includit substantiam Materiatam
quam dimetiatur: alioqui vanum est nomen
quantitatis dimensiæ, perinde ut si quis di-
cat mensuram sine aliquo mensurato: quod
nihil est aliud, quam inanes voces fundere:
summum, non in Theologicis modo, verum
etiam in omnibus disputationibus vitium.
Deinde Thomas petit principium. Nam qui
dicit Quantitatem dimensiua subsistere si-
ne Subiecto, ille dicit, Accidens sine subie-
cto subsistere. Quantitatem enim esse acci-
dens, spero nō negaturos. Denique nihil ab-
surdius dici potuit, quam, reliqua acciden-
tia fundari in quantitate dimensiua. Nam
tametsi is est ordo naturæ ut quantitas pro-
ximè ad substantiam accedat, tamen qualis
tas & reliqua accidentia non possunt in
quantitate dimensiua fundari, sed fun-
dantur in substantia quæ quanta est: quem-
admodum licet qualitas ordine præcedat a-
ctionem, tamen actio non fundatur in qua-
litate, sed in substantia quæ qualis est. Ete-
nim quî fieri potest ut reliqua accidentia in

quan-

quantitate subsistant quū ipsa quantitas si-
ne substantiæ fundamēto subsistere non pos-
sit. Nec sum nescius, quum hoc loco omnes
rationes & Thomam & reliquos Transsub-
stantiatores deficiunt, tandem eos Omnipo-
tentiam Dei suis commentis prætexere (quā
respōsionem postea suo loco refellemus) Sed
illud demiror: cur non igitur idem de aliis
accidentibus dicant, ac viderivclint studiosi
ordinis naturæ in summa illa rerum omni-
um perturbatione quam inuehunt. Enimue-
rò, siquidem velit, nō minus potest Deus fa-
cere vt qualitas subsistat per se, quam ipsa
quantitas. Itaque dum amplificare volunt
Omnipotentiam Dei, eam restringunt.

Sūt qui respōdeant: Accidētia posse sine
subiecto subsisterē, eo quđd lux, inquiūt, quę
est accidēs, ante Solis creationem extiterit,
qua postea in Sole tanquam in subiecto
subsistat: quos ita refello. Primum, perperam
faciunt, qui ex iis quę in prima Mūdi cōfor-
matione facta sunt, velint ipsam rerum na-
turam à Deo constitutam euertere. Satis e-
nim constat, hanc esse rerum naturam, vt ac-
cidentia nisi in subiecto esse non possint. De
inde qui putant primigeniam illam lucem
fuisse accidentis, à præstantissimis Theologis
& Philosophis dissentient: nec satis cōuenit,
creationem mundi ab accidentis creatione
cōpisse. Videant Lectores quām variè tum
ab Augustino tum ab aliis Doctoribus de

C. j.

primæ illius lucis creatione disputatum sit.
 wide Aug. Denique distinguendum est inter Lucem &
 li. de Gene. Lumen: quod posterius ut plerique omnes
 &c. fatentur esse accidens, ita lucem, eam præ-
 fertim quam Moses dicit initio creatam esse
 inter substantias doctissimi Theologi nu-
 merant: ne mihi dicendum sit: quę nobis ob-
 iiciuntur non extare apud Mosen (licet non
 desint qui ita censeant) nempe lucem illam
 in principio creatam (quam illi dicunt esse,
 accidens & nonnulli ex Veteribus putant
 fuisse iam tunc corpus aliquod lucidum di-
 stinguens inter mane & vesperam) illam, in-
 quam, lucem fuisse deinde in Sole tanquam
 in subiecto collocatā. Sic enim Moses: Exi-
 stant, inquit Deus, *Luminaria in expansione cœ-
 li, &c. Et fecit duo magna luminaria, &c.* Ex qui-
 bus apparet solem cum sua luce simul fuisse
 creatum, ut diem à nocte separaret: nā lumi-
 nare sine luce ne intelligi quidem potest. Sed
 de hac re haec tenus: nos enim de ipsa rerum
 natura à Deo constituta, conformataque
 differimus: non de iis quæ perfectam abso-
 lutamque naturæ constitutionem præcesse-
 runt, & quorum plena cognitio longè pro-
 fectò superat humanam intelligentiam.
 Quanquam autem res in hoc Mysterio signi-
 ficatæ rebus omnibus creatis longè antecel-
 lunt: tamen externa signa petita sunt ex re-
 bus ordinariis ad captum humanum accom-
 modatis.

Gen. I.

Si posita Transubstantiatione, substantia pa-
nis neque possit in nihilum redigi, neque resol-
ui in materiam primam, neque conuerti in substan-
tiam corporis Christi: Ergo dogma de Transub-
stantiatione merum est somnium. Antecedens
verum est. Verum igitur & consequens. Conne-
xum est perspicuum.

Antecedentis partes ita sigillatim proba-
m⁹. Primū, substātia Panis nō potest in nihilū
redigi: nec ordine naturæ, ex cuius legib. ni-
hil in nihilū r uertitur: nec vi verborū Chri-
sti: quia nihil tale extat in his Christi verbis:
Hoc est corpus meū: & sanè quā mirum foret i-
stud ratiocinādi genus, si ex verbo, *Est*, con-
cluderetur, aliquid non esse? Itē hæc verba:
Acceptit panem: deditque &c. Panis quem fran- Matth.26
gimus: Sic de pane illo edat: Quemadmodum v- 1. Cor.10.
nus panis, unum corpus multi sumus, nam omnes 1. Cor.11.
ex uno pane participamus. & consimilia satis
refellunt istam (vt illi vocant) substātia panis
annihilationem. Ad hæc, verbo Dei om-
nia ex nihilo fuisse creata, itē m̄que esse, sub-
sistere & conseruari passim legimus, potius
quā ipsas rerum creatarum essentias verbo
Dei in nihilū redigi. Rursus si ex his verbis,
Hoc est corpus meum, substantia panis in ni-
hilum redigitur: cur etiam ipsa accidentia
non simul euanescent? Nam illa imprimis
demonstrantur vt antē diximus. Item: agnos-

cerent Pronomine *Hoc* demonstrari substantiam panis, quod illi vehementer negat: alioqui, quomodo & quibus tandem verbis ipsa panis substantia peribit? Etenim nisi demonstretur panis substantia, nulla igitur in his Christi verbis facta est mentio substantiae panis. Qui fit igitur ut vi verborum Christi id in nihilum redigatur de quo Christus nihil dixerit? Quod si Christus locutus est de substantia panis: ergo hic erit sensus Verborum Christi (siquidem sensus dicendus est) Hoc quod nihil est, est corpus meum. Abludum & impium. Denique hoc repugnat ipsi vocabulo Transubstantiationis quo conuersio substantiae significatur: alioqui (nobis enim ita loqui liceat) dicenda esset potius Desubstantatio. Conuersio vero non delet substantiam sed mutat formam. Quid pluribus opus est? nobis etiam tacentibus Monachorum illae copiae λευκωμάτων quae sub signis Thomae militant, magno vocis & manuum pendulumque strepitu hanc de substantiae panis annihilatione sententiam explodunt. Sic enim Thomas. Multum inquit, de natura corporea primò creata iam in nihilum rediisset ex frequentatione huiusmodi mystérij: nec est decens ut in sacramento salutis diuina virtute aliquid in nihilum redigatur.

In libro 4. scđ. 5. c. 8. &c. Hæc Thomas. Secundò substantia panis non resolutur in primam materiam? quia substantia panis non

non est sine sua forma essentiali: formam autem in primam materiam resoluti posse, ne fando quidem auditum est. Cæterum si prima materia est potentia (ut Philosophi tradunt) hoc erit valde præposterum, ab Actu regredi ad Potentiam: cùm potius à potentia ad Actum progrediendum sit. Atque omnino commentum est istud de prima materia plane redolet antiquum illud Chaos, quum nondum mundus suis partibus distinctus, colluceret: ut ita nobis melius significet quātam rerum omnium perturbationem Transsubstantiatio in orbem terrarum inuexerit. Sed de prima materia hactenus, quam à Deo creatam scimus, sed post mundi conformatiōnē sine forma existere, nemo Christianus credit, & nullus Philosophus existimat. Atque id sensit vel ipse Thomas qui commentum istud etiam refutauit.

Tertiò Substantia panis non conuertitur in substantiam Corporis Christi (quemadmodum Thomas opinatus est) sequentibus rationibus.

Si vlla fieret conuersio id fieret vi verborum Christi: At hīc nullum est Christi verbum quod conuersiōnē significet, nā verbu, Est, non significat conuersiōnē. Nec n. iea dixit Christus: *substantia pānis sicut substantia corporis mei*, quod tamen dictum oportuit vt hæc de conuersione sententia locum habeat. Quod si vlla esset conuersio, certè illa

præcederet verbum, *Eſt*, vt ita Christus dē re
iam antè facta loqui videatur. Etenim non
potest esse corpus antè conuerſionem, nec
in ipsa conuerſione, sed tantūm post conuer-
ſionem. Atqui negant omnes Pontificij esse
corpus Christi antequam verba illa pro-
nuntiata ſint. Nulla eſt igitur cōuersio. Nam
qui ſolo vocabulo *Benedicendi* contenti ſunt:
egregiè à gregalibus ſuis Pontificiis refel-
luntur. Nec enim *Benedixit* idem eſt ac *Pa-*
nem in ſuum Corpus tranſubſtantianuit.

Item: ſi panis cōuertitur in Corpus Chri-
ſti: ergo materia ipsius panis eſt ſimul cum
materia & eſſentiali forma Corporis Chriſti:
atque ita quoties fit Tranſubſtantatio, to-
ties aliquid accedit ſubſtatiæ corporis Chri-
ſti. *adūratov.* Consequentia patet ex iis qua-
paulò antè diximus vel iſis omnibus Tho-
miftis aſſentientibus. Nam ſubſtantia panis
non redigitur in nihilum, nec etiam in pri-
mam materiam resolutur: nec rursus manet
ſub ſuis accidentibus (vt illi volunt) & ta-
men eſt aliquid, ac proinde eſt alicubi. Itaque
ſi conuerſitur in Corpus Chriſti, certe non
alibi quām in Chriſti corpore querenda eſt.

Item: ſi panis cōuertitur in Corpus Chri-
ſti: ſequeretur, formam eſſentialē panis in
formam Corporis Chriſti tranſire, aſſumptis
ipsius Corporis accidentibus, idque ex na-
tura conuerſionis. Iam quia hoc eſt de natu-
ra corporis vt videri & coniectari poſſit:
certe

certè non iam panis sed ipsum Christi Corpus videretur. At contra fit. Videtur enim panis, & Corpus Christi non videtur.

Respondent: substantiam panis in substantiam Corporis tantum conuerti nec tamen adesse accidentia Corporis sed Panis accidentia superesse. Audio scilicet petitio nem principij. Nec enim somnium tērque quaterque repetitum, aliud est quām somnum: quandoquidem suum commentum recitare, non est suum commentum confirmate. Credo igitur te ita credere: sed ego quæro rationem cur ita credas. Christus, inquis, ita dixit. Itane verò vbi obsecro? quando? quibus verbis? vbi nāam gentium fit mentio istius separationis accidentium à substantia? Quum Christus diceret: *Hoc est corpus meum quod pro vobis traditur*, nū loquebatur de sola vel panis vel corporis substantia sine ullis accidentibus? Et corpus quod traditum est, nullāne habebat accidentia? potuitne sine quātitate & eiusmodi Accidentib. crucifigi? aut, habebāne accidentia Panis? Quid igitur verbis Christi cum isto somnio commune esse potest?

Item: si panis conuertitur in Corpus Christi idque in instanti & sine motu locali ut Thomistæ volunt: Ergo substantia Corporis Christi non est sub panis accidentibus. Con sequentia patet: quia Corpus Christi est in corlo, Pontificiis assentientibus. Ipsa autem

accidentia panis sunt in terra. Siquid autem conuerteretur in aliud quod iam actu existeret (id quod à nobis per concessionem dictū sit) necessariò traheretur ad id in quod conuerteretur , & ibidem esset cum eo: ac proinde substantia panis in cœlum euolaret in Corpus Christi conuersa. Ibi enim est Corpus Christi. Alioqui potius Corpus Christi diceretur conuerti in panem : si quidem Panem sequatur & in Panis loco re-sideat. Itaque quū volunt puncto temporis paneum conuerti in Corpus Christi & ibidē esse ubi erat panis: profectō, quicquid tādem excusent, non possunt effugere quin inse-rant Corpus Christi simul per illam conuer-sionem generari. Quod abit. Consequentia patet, quia id in quod aliquid conuertitur, per huius conuersionem esse incipit. licet e-nim species præexistat, tamen singulare ^{70d} eti non præexistit. Et hoc dicitur ^{αὐτοφατικά;} unum singulare conuerti in aliud singulare præexistēs. Sequeretur enim idem simul iam esse & fieri.

Respondet Thomas, hanc conuersionem esse singularem & fieri diuina virtute: quod quidem nihil aliud est quam principium pe-tere & id quod est in quæstione positum af-ferre loco ⁷¹⁵ ~~715~~. Adde quod diuina vir-tus non facit ut conuersio non sit cōuersio, quemadmodum infra copiosius explicabi-mus, quum excutiemus istud respondendi genus.

genus. Hinc sit ut galeata illa Monachorum
acies quæ Ioannem Duns Scotum ducem
sequitur, magno animo contendat, in suis
disputationibus, præsentiam Corporis Christi
in Eucharistia non fieri per conuerzionem
substantiæ panis; quandoquidem sola Con-
uersio non infert Præsentiam: nec enim se-
quitur, inquiunt: Panis conuertitur in Cor-
pus Christi: Ergo Corpus Christi est præsens
in Eucharistia, quia corpus Christi præexi-
stet & est in cœlo: præsentia autem corporis
hic, vel, ibi est posterior ipsius corporis essen-
tia. Hic verò quid faciunt conuerzionis pa-
tronii? nempe exponunt (aut peruerunt potius)
vocabulum Conuerzionis: atque ita sci-
ficeret rem explicant: ut Conuersio sit substan-
tialis successio qua Corpus Christi succedit
substantiæ panis: hoc est, uno verbo, ut con-
uersio non sit conuersio. Quare hoc modo
Palinodiam canunt & retexunt sua illa om-
nia superiora de conuersione quæ sit in insta-
ti, itemque de substantia panis quam nega-
bant tum in nihilum redigi, tum in primam
materiam resolui. Nam quoniam sit in instan-
ti conuersio, si est substancialis successio? Itē:
si succeditur substantiæ panis, illa igitur re-
cessit, aut non ei succeditur: & si non rediga-
tur in nihilum, quoniam tandem quadit? Itē:
si substantia panis longè abest à corpore, & ni-
hil ei cum ipso Christi Corpore commune
est, cur dicitur conuerti in ipsum corpus?

ipsum, inquā, corpus, quod ne attingit quidem, imò à quo abest quām lōgissimē: atque vbinam terrarum sit, nondum potuerunt magni isti somniatores somniare. Deniq; si corpus Christi quod est in cœlo, succederet substantia panis in terra, quomodo id fieret sine motu locali? O miseros homines πλανῶτας καὶ πλανωμένους: inquit Paulus. Sed digladiates Monachos in præsentia relinquamus.

X.

Si vi verborum Christi panis conuertitur in corpus: & vinum in sanguinem Christi: Ergo separatur corpus à sanguine. ἀδύνατον. Consequētia patet. Nam verba Christi separatim pronuntiantur. Quod si in Corpore continetur Sanguis, quorū igitur Vinum in Sanguinem seorsim transubstantiatur.

Respondent, Sanguinem esse in Corpore & Corpus cū Sanguine per Concomitantiam. Sed ego sic insto. Primū: ineptum esse hoc vocabulum. Nam pars non dicitur comitari totum, sed esse in toto. Sanguis autem est pars corporis viuentis: isti autem perinde loquuntur ac si sanguis esset aliquid aduentium & extraneum. Deinde non soluitur propositum superiùs incommodum, sed augetur potius. Nam si ea est Concomitantia Corporis & Sanguinis, vt corpus sine sanguine esse non possit: si Panis conuertitur in Corpus Christi, certè in eius sanguinem simul

simul conuertatur necesse est. Nam, obsecro
te mi Transsubstantiator, quid intelligis no-
mine Corporis? num aliquod corpus ~~onse-
xepmoy~~, solāq; delineatione adumbratum?
Minimè verò quandoquidem de ipso essen-
tiali Christi Corpore loqueris. Ergo loque-
ris de eo corpore quod carnem, ossa &
sanguinem habet. Idque non virtute Con-
comitantiae, sed ipsius naturæ virtute.
Quòd si habet sanguinem ex Concomitan-
tia, habet igitur & ossa & carnem eodem
modo. Ecquod igitur est illud corpus cui
tribuitur ista concomitantia? Nam facile
probabo totum ipsum corpus esse Concomi-
tiam: siquidem tibi fides habeatur. Rursus:
si Corpus Christi constat carne, ossibus &
sanguine quia est verū & naturale corpus:
Ergo si panis Transsubstantiatur in verum
& naturale Corpus Christi, certè Transsub-
stantiatur in carnē, ossa & sanguinem. Quòd
si excipias non conuerti in sanguinem vi
Transsubstantiationis, sed tantùm per Con-
comitantiam adesse sanguinem: idem ego
dicā de carne & ossibus adeoque de iis om-
nibus quibus corpus constat: tum induc-
tione colligam, nihil eorum ex quibus constat
Corpus Christi vi Transsubstantiationis ad-
esse in Eucharistia, ac proinde nullam esse
Trāssubstantiationem. Etenim cedò mihi ra-
tionem quamobrem vi Transsubstantiationis
panis potius conuertatur in carnem &

ossa quam in sanguinem: itemque si sanguis per Concomitantiam adsit, cur non etiam caro & ossa aderunt per concomitantiam. Quare (ne quid dissimilem) video egotuam illam Transubstantiationem grauitate laborare ex hac concomitantia. Nam quia praeceps verba Christi virges, ego quoque praeceps verba Christi virgeo, ad hunc modum: *Hoc est sanguis meus, qui pro multis fundatur*, inquit Christus. Ergo loquitur de Sanguine quatenus funditur: non quatenus est in corpore, quorsum igitur tua illa concomitantia qua vis sanguinem esse in Eucharistia vi conuersationis, & esse in Christi corpore vi concomitantiae. At si sanguis funditur, non est igitur in corpore, haec enim dicuntur *et ritus et modus*, sanguinem fundi & sanguinem esse in corpore. Quare si tua Transubstantatio locum habet vi verborum Christi, nullus superest concomitantiae locus. Tu vero qui praeceps virges verba Christi, vbi tandem istam concomitantiam reperisti? Vbinam de illa Christus unquam locutus est? Aliter igitur verba Christi quam de corporis & sanguinis Transubstantiatione intelligenda sunt: & ad hanc rem libere agnoscendam, non scientiam, profectum, sed conscientiam opus est.

X I.

Si panis transubstantiatur in corpus Christi,
Ergo anima Christi ab eius corpore separatur.

tur. Adūvator. Consequentia patet. Nam corporalis substantia panis non potest conuerti in substantiam spiritualem animæ, reclamante rerum natura. Ex quo fit ut corpus quod existit in Eucharistia vi Transsubstantiationis (ut volunt) sit corpus sine anima.

Respondent ut suprà, animam adesse per Concomitantiam: quam quidem (ut video) suis commentis individuam comitem esse volunt. Quinetiam Diuinitatem Christi etiam adesse per Concomitantiam Transsubstantiatores autumant, quod quam parum *προδίξως* dicatur satis cuique perspicuum esse potest. Nam qui dicit Deitatem comitati humanam naturam, ille nescit quæ sit vis *καρπούσως* & unionis Hypostaticæ. Porro nos istam Concomitantiam proximè refutavimus, hac imprimis ratione, quod de illa nihil extet in verbo Dei: adeò ut qui Transsubstantiationi Concomitantiam sufficiunt, somnium velint alio somnio confirmare: nouis illis & sesquipedalibus vocabulis hominib. illudētes. Quare oppono illis hoc Theorema.

Nullum dogma Theologicum, assumita liquid cuius nihil extat in verbo Dei.

Ita igitur ex verbo Dei statuendum est, Christum habere animam & corpus, quia est verus homo: ac propterea animam Christi non concomitari ipsius corpus quasi sit aliiquid externum & aduentitium, sed

esse in ipso corpore non beneficio concomitantiæ sed veritate naturæ. Quod vt etiamnum dilucidius fiat, ita differamus.

Anima in vno eodemque corpore non potest esse variis modis, iisdemque repugnantibus. Quare quū anima Christi in eius Corpore quod in cœlo existit nō sit per concomitantiam (nemo enim vnquam ita loquutus est, ac ne ipsi quidem Pontificij) si per concomitantiam sit in Corpore Christi in Eucharistia: Ergo, Aut non est idem corpus (quod Transubstantiatores non ausint dicere) aut incurrit in superius incommodum: nempe animam in eodem corpore esse modis repugnantibus. Id quod tolleret veritatem humanæ naturæ Iesu Christi. Quod absit.

Item: quæro: An corpus quod Christus dedit discipulis, fuerit viuū corpus an mortuum. Si mortuum: ergo corpus Christi simul eodemque tempore fuit mortuum & non mortuum. Αδύνατος. Si viuum: Ergo εἰς αὐτὸν, dedit corpus & animam simul. Ex quo efficitur: vt si panis conuertitur in illud ipsum corpus quod Christus discipulis dedit: necessariò in corpus & animā conuertatur; & si in corpus, longè magis in animā eō quod animati corporis anima est forma. Quod si panis potest conuerti in substantiam animati corporis: Ergo potest etiam conuerti in animam quia anima est de substantia

tia animati corporis, & potior pars eius. Iam quod in aliud conuertitur, in illius formam potissimum conuertitur. At non potest conuerti in animam (vt antè dictum est & Pontificij assentiuntur) non igitur potest conuerti in corporis animati substantiam. Quod si conuertitur in corpus nō autem in animā, vnum igitur ab altero separatur. Item: panis non conuertitur in illud corpus quod Christus discipulis dedit. Vtrunque absurdissimū.

XII.

Si panis transsubstantiatur in Corpus Christi:
Ergo quum Christus dedit suum corpus discipulis, ipsum Corpus (quod tunc erat passibile & mortale) fuit visibile simul & inuisibile. Ad ueray. Consequentia patet nam Christus ipse porrigenus suum corpus proculdubio erat visibilis, & corpus quod dabat ex istorum sententia erat inuisibile: vt ne nunc quidē Corpus Christi in Eucharistia visibile est. Item: idem corpus erat simul realiter & actu ministrans & ministratum, loquēs & non loquēs, agens & patiens, gestans & gestatum, porrigenus & porrectum & eiusmodi sexcenta incommoda absurdissima: hoc est, totidem fructus Transsubstantiationis.

XIII.

Si panis Transsubstantiatur in Corpus Christi ex verbis ipsius Christi precise ita ut sonat in-

48 DE SACRAM. MANDVCAT.

tellectis ut isti volunt. Ergo non illud ipsum Corpus est in Eucharistia quod Apostolis porrectum est. Consequentia patet. Nam discipulis datum est mortale corpus: ex his verbis: *Quod pro vobis traditur.* Item: *Sanguis qui funditur.* At hodie affirmant Pontificij panem transsubstaniari in illud ipsum Corpus quod in cœlo est, & quod constat esse gloriosum impassibile & immortale.

X I I I I.

Si panis Transubstantiatur in Corpus Christi vivorum quæ Christus pronuntianus. Ergo quum Pontificij addunt hanc conditionem: *Sacerdos habeat intentionem consecrandi, ipsi sibi repugnant.* Consequentia patet. Sic enim vis ipsa verborum Christi pendet à sacerdote consecrante penes quem est, etiam pronuntiatis Christi verbis, vel consecrare vel non consecrare.

X V.

Si ad Transubstantiationem efficiendam necessario requiritur intentio sacerdotis (ut volunt) Ergo ruit aliud eorum commentum, quo dicunt Missam esse opus operatum. Consequentia patet, tu ex definitione operis operati quem illi ipsi proponunt: tu ex eo quod Transubstantiatio est pars præcipua, adeoque *τέλεια* ipsius Missæ.

X VI.

Si ad Transubstantiationem efficiendam necessario requiritur intentio sacerdotis: Ergo dogma

dogma de Transubstantiatione est inutile. Consequentia patet. Nam nisi quis credat, Panem esse transubstantiatum: tradunt Pontificij eiusmodi hominem accipere non posse Corpus Christi. Atqui fieri non potest ut quis credat panem esse transubstantiatum in corpus, si istud pendeat ex intentione sacerdotis. Ecquis enim vñquam possit ad interiores hominis cogitationes peruidere? Quod si de sacerdotis intentione dubitatur (vti omnino necesse est) certè, vbi est dubitatio ibi non est fides. Quinetiam his temporibus & in tanta istorum sacerdotum (quos vocant) ignorantia: nescio an non iam dubitari, sed certò affirmari debeat, illos homines nullā eiusmodi habere intentionem: quū ipsi, quid sit vel Transubstantiatio, vel Consecratio, vel consecrandi intentio, tam aperte nesciant, vt omnes sciant, eos id nescire.

XVI.

*S*i sacerdotis Pontificij ad efficiendam Transubstantiationem Pontificiam intentio requiritur: nec illa intentio requiritur in Baptismo ut suum effectum habeat (quod vtrunque ipsi Pontificij affirmant) Ergo Baptismus est longe præstior Eucharistia, & verba illa quibus Baptismus perficitur, sunt efficaciora verbis illis qua ad conficiendam Eucharistiam recitantur (quod vtrunque ipsi Pontificij negant) Atque, id si ita est. Ergo nulla est Transubstantiatio in Eucharistia: quandoquidem nulla est Transubstantiatio in

D. j.

50 DE SACRAM. MANDVCAT.

Baptismo: idque vi Comparisonis. Consequētia patet. Nam ex Pōtificiorum doctrina verba in Baptismo adhibita, per se efficacia sunt: at verba illa quibūs dicunt Eucharistiam confici, non sunt per se efficacia, sed pendent ab intentione sacerdotis: & quod per se est efficax, est eo præstantius cui, ut sit efficax, alieno opus est auxilio.

XVIII.

Si Sacerdotis Pontificij intentio requiritur ad Transubstantiationem, ergo Pontificij non sibi constant quum affirmant Corpus Christi ab improbis etiā & impoenitentibus māducari. Nam si consecrantis intentio requiritur, quanto magis accipientis. Præterea, num recta intentio sine fide, aut vera fides sine pœnitentia esse potest? Pleraque proferri possunt in hanc sententiam.

Hactenus in solos Pontificios nostrā Disputationem conuertimus, suam Transubstantiationem in hoc mysterium perpetam inuehentes. Nunc nobis refellendum est cōmentū de reali Inexistentia Corporis Christi: quodquidem cum orali manducazione Transubstantiatoribus & Consumentoribus cōmune est. In hoc tamen differunt, quod illi putant, verum & naturale Corpus Christi realiter existere & cōtineri sub nudis accidentibus panis quibus velatur. Ac Cōsubstatiatores affirmat illud ipsum Corpus realiter inexistere In, Cum, Sub vero pane

pane in hunc usum consecrato. Quamobrem
in utrosque simul sequens ~~etiam~~ Disputa-
tio nobis instituenda est.

ARG. I.

Si realis Inexistentia Corporis Christi in, Cā,
Sub pane, vel nudis eius accidentibus non eō
spectat ut Corpus Christi & eius Sanguinem spi-
ritualiter, ore animi & vera fide ad vitam ater-
nā māducemus, reiicienda est. Si eō spectat, perpe-
tan & inutiliter ad illud assequendum adhibe-
tur: ac proinde sic etiam erit reiicienda.

Priorem partem nostrae argumentationis
illi ipsi nō negant: negarent enim Sacramē-
tum, quod, nisi fine ~~eterna~~ & intellecto, intel-
ligi nō potest. Est enim sacrum Institutum.
De posteriori omnis est controvērsia. Huic
igitur fidem ita faciamus. Quoties ad finem
aliquem assequendum media habemus, cer-
ta & nullis incommodis conflictata: stultis-
sum est, vt illum ipsum finem assequa-
mur, ea conquirere media, quæ neque certa
sunt & infinitis incommodis conflictantur.
Quis est autem finis, quod sacrum hoc my-
sterium spectat? Nimirum ut spiritualiter
atque animo ipso verē percipiamus Corpus
& Sanguinē Christi adeoque Christum ip-
sum, vt cū illo arctissimè coniuncti vitā quę
in ipso est hauriamus, facti ipsius Christi &
beneficiorū eius participes, quemadmodū
alibi suo loco fusius à nobis explicatum est.

D.ij.

52 DE SACRAM. MANDVCAT.

Hoc autem quū non alia ratione quàm vera
fide & virtute Spiritus sancti fieri possit: af-
firmamus, ad Corpus Christi spiritualiter
percipiendum, nihil opus esse vel panis con-
uersione in Corpus, vel locali motu & de-
scensu Corporis Christi sub accidentiapa-
nis, vel reali illa Corporis inexistentia, quan-
doquidem fides verbo Dei & sacris illis
symbolis ac sigillis, nempe Pane ac Vinoma-
gis ac magis edocta confirmatāque Corpus
Christi in cœlis existēs, operante Spiritu Sâ-
cto, verè percipit: vt in superiori Disputatio-
ne probuimus. Hæc media certa sunt & ex-
tra incommodorū omnium aleā constituta:
quippe cum ipso Dei verbo, & cum ^{etiam} ~~etiam~~
Coloss. 3. fidei consentanea. Sic enim Paulus: Si refur-
rexiſtis cum Christo, superna querite ubi Chri-
ſtus est ad dexteram Dei sedens. Noſtrum tor-
tuſa est in cœlis unde etiam Seruatorem expe-
Phil. 3. Etiam Dominum Iesum Christum. Et multa alia
in hanc ſententiam: quæ nos iubent Chri-
ſtum in cœlis contemplari. Adde vim fidei
quæ non ſubſtit in rebus terrenis, ſed cœ-
leſtia conſectatur, per quam etiam Christus
habit in cordibus noſtris, inquit Apoſto-
lus. Denique expendamus quanta ſit viſ
Spiritū ſancti res quantumuis licet loco-
rum interuallo diſſitas arctiſſimè coniun-
gentis: hæc, inquam, omnia conſiderentur,
& nihil reperietur alienum. nihil disre-
pans, nihil quod yllis incommodis labefacta-
ri pol-

Eph. 3.

ti possit. Ex altera parte, si, ut animus noster Corpus Christi percipiat, introducenda est, vel Transubstantiatio vel Inexistentia Corporis, Deus bone, quot incommoda occur-
runt, tum iam commemorata, tum amplius
et nobis commemoranda: e quibus nullis ha-
ctenus distinctionum adminiculis, nulla ar-
te, nullis vocabulis quantumuis licet nouis,
horrisonis, inexplicabilibus, Monachi Träf-
substantiationis alumni & quotquot sunt
Inexistentiae Corporis patroni sese vñquam
expedire potuerunt. Itaque spero ex hac di-
putatione fore cuius perspicuum, dogma-
ta illa esse quandam Iliadem incommodo-
rum, quæ nulla vñquam industria dissolui
possint. Tenet igitur nostra consequentia:
perperam & inutiliter excogitata fuisse, vt
vere ac vera fide corpus Christi manduce-
mus ad vitam æternam ac proinde reii-
tienda.

A R G . I I .

Si Corpus Christi est cibus spiritualis, ac proinde
animi, non corporis ore manducari debet: certè
dogma istud de Inexistentia Corporis Christi,
stare non potest. Verum est Antecedens. Verum
ignor & Consequens.

Connexi veritas per se lucet. Etenim eò
potissimum spectat Inexistentia Corporis, vt
ipsum Corpus Christi realiter præsens ori
nostro imponatur. Quare si verum & natu-

rale Christi Corpus ore corporis sumi neque potest, neq; debet: quorum igitur Inexistencia Corporis? Antecedens sic probamus. Primum quæro tum ex Pontificiis tum ex Consumentiatoribus an Corpus Christi sit cibus spiritualis, an vero corporalis. Item: an hæc verba, *Manducare Corpus Christi*, sint crassè ita ut sonant&c de corporali manducatione intelligenda, an vero per similitudinem accipienda de spirituali manducatione. Si respondeant idem quod Berengarius indignus Andegauensis Ecclesiæ Diaconus, dictante Nicolao longè indignissimo Ecclesiæ Romanæ Episcopo professus est: nempe verum Corpus Domini nostri Iesu Christi sensualiter non solum sacramentum sed in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri (horresco referens) Si, inquam, manducationē Corporis Christi ita crassè intelligent: aliquid igitur cause dicant, quamobrem non sint ad Capernaitas alegandi: nisi forte censendi sint ipsis Capernaitis crassiores crassam eiusmodi manducationem Corporis Christi perhorrescentibus. Itaque illis oppono luculentissima hæc Christi verba: *Verba que loquor vobis spiritus sunt & vita sunt*: ne plura mihi dicenda sint de Corpore Christi quod etiam mortale & passibile, neque frangi potuit, nec atteri, iuxta Proprietatem (ita commemorante Ioanne) nedum ut glorificatum frangi vel atteri possit.

*Can. Ego
Berengar-
rius de Cō-
sc. Dist. 2.*

Posteaquam illi multum sudarunt in verbis Berengarij aliqua interpretatione, vel certe interpretationis specie molliendis tandem censem, Corpus Christi esse cibum spiritualem hoc est inuisibilem, & nihilominus manducari ipso ore corporis, eò quod inuisibiliter manducatur. Atque ita fallunt παρεπόμενα τῆς λέξεως: quibus Spirituale nihil aliud videtur quam Inuisibile. Quare sic instamus. Cibum Spiritualem opponi Corporali: non tanquam inuisibilem visibili: sed quia cibus spiritualis, animum: cibus autem corporalis corpus nutrit, quod si quis negat, negat igitur cibum esse alimentum. Alioqui multa sunt inuisibia quae corpus nutriunt. Nam & panis & reliquorum ciborum facultates ipsæ quibus prædicti sunt, oculis nostris propriè non patent, & nihilominus ore corporis sumuntur, & ipsum corpus afficiunt atque nutriunt: Quare detracto illius fallacia integumento: quæro ex illis, an Corpus Christi sit eiusmodi cibus qui corpus nutrit, necne. Absit autem ut dicant esse cibum, quo corpus nostrum sustentetur in hac vita: Itaque efficio, Corpus Christi non esse cibum corporalem, sed spiritualem: ac proinde non corporis, sed ore animi manducandum esse. Ut enim cibus corporalis, Corporaliter: ita cibus spiritualis, Spiritualiter manducatur. Atenim, inquis, manducatur corporaliter, ut spiritualiter manducetur. Obscero te, quoniam tandem modo?

Nonne sentis te ipsam rerum naturam atque ordinem peruertere? Quām enim crassè hoc & absurdè dicitur: Corpus Christi ori nostro imponi, vt ea quasi ianua patefacta, in animū nostrū ingrediatur? Atqui fides est ianua qua Christus in animum nostrum ingreditur, quia per fidem, inquit Paulus, Christus habitat in cordibus nostris. Quod si existimas eam esse vim fidei, vt Christi Corpus in ore nostro prehendat, vt inde traducat ad animum, quantò magis ex ipsa fidei natura admonitus debes existimare, fidem percipere Corpus Christi in cœlo existens. Quid eritne difficilius fidei contemplari Corpus Christi in cœlo, quām in pane vel in ore? Atqui, fides naturā & vi suâ sursum respicit. Quò fit ut fidelium πολιτευμα sit in cœlo, inquit Apostolus. Ut alibi dictum est. Ed spectat quod ait Apostolus de animæ anchora tutæ & firma, quæ ingreditur usque in ea quæ sunt intra velum, quò præcursor pro nobis ingressus est Christus. Ex quo fit ut Chrysostomus dicat: fides esse scalam à terra in cœlum.

Eph. 3.

Phil. 3.

Heb. 6.

In illud

Psal. 115.

Credidi
&c.

Ergone, inquis, potest fides in cœlum ascendere & Corpus Christi non poterit esse præsens in terris? Respondeo: fidem non ascendere locali motu (quemadmodum hæc obiectio innuere videtur) quia hoc nō est de eius natura. Quemadmodū igitur res etiam præteritas & futuras fides præsens quæ nūc est in animo verè amplectitur: nec tam vlla tem-

temporum spatia impediunt : ita illa ipsa fides hominis Christiani in terris existentis, amplectitur Corpus Christi in cælo existens, nullis locorum interuallis exclusa. Ut ergo Corpus Christi non potest non esse verum corpus : ita fides non potest non esse fides. Verum age: postquam diu multumque laborasti ut explicares , scilicet , quomodo verum Christi Corpus possit ore corporis manducari : vnde ad animum ipsum transseat : nunc si placet nobis expone, quoniam modo verū & essentiale Christi Corpus , in animo nostro esse possit : Num modo aliquo naturali ? minime. Sic enim dicitur animus esse in corpore potius quam corpus in animo. Num in pane vel sub panis accidentibus? Ne id quidem: quia illa non perueniunt ad animum. Num vestrā illā Inexistentia? quomodo id tandem? Vos enim Corpus esse dicitis vel inexistere, in, cum, sub pane; vel, sub Accidentibus panis: non autem, in, cum, sub animo , vel sūb animi Accidentibus. Præterea , præsentia Christi in animis nostris sit per fidem, inquit Paulus: & hæc præsentia dicitur præsentia gratiæ, quæ profectò longè differt ab inexistentia corporis, Theologis omnibus assentientibus. Christi Corpus, inquis , est in animis nostris , præsentia spirituali. Quid igitur opus est verum Corpus esse realiter in ore nostro vt animos nostros nutriat in vitam æternam?

ARG. III.

Si Corporis Inexistentia in Pane vel sub Panis Accidentibus locum habet: tollenda erit haec formula in hoc Mysterio à priscis usque seculis usurpata: nempe: SV R S V M C O R D A, quam etiam ipsi Pontificij retinent.

Consequentia patet. Sic enim veteres admonebantur in celebrando Cœnæ Domini mysterio, sursum evehendos esse animos, ut Christi corpore in cœlis existente fruerentur. Quod si isti audiendi sunt immutanda erit formula: & quum admonebunt, deprimere Deorsum corda, tum plebs respondebit, se habere animos non in cœlo ad Dominum, sed in pane, vel sub Accidentibus panis in terra.

ARG. IIII.

Omne dogma quo Idololatria inuechitur extermiandum est.

Dogmate De Inexistentia Corporis Christi Idololatria inuechitur.

Est igitur exterminandum.

Maior est perspicua, quum enim ea sit naturæ nostræ corruptio ut quam facillime in idololatriam prolabamur: ad hoc grauissimum peccatum aditus omnes obstruendi sunt. Nec enim Ioannes loquebatur Idololatriis sed fidelibus, quum admoneret ab Idolis cauendum esse. Nec parui faciendum est exemplum regis Ezechiæ, qui serpenteum æneum

enem contruit eò quòd populus illo ad Idololatriam abuteretur. Ne mihi virginum sit illud præceptum Apostoli, quo fideles iubebat ab iis omnibus abstinere, quæ ad Idololatriam accedete videbantur, &c.

2. Reg. 13

1. Cor. 8.

2. Cor. 6.

Ad Minorem propositionem quod attinet: utinam verò non tot extarent illius probationes. Rem quidem simulant verbis: ac varias distinctiones adhibent quibus crimen εἰδωλολατρίας nēpe ἀρτολατρίας abs se scilicet amoueant. Verum enim uero (ut vulgè dici solet) Aqua heret. Ecquis enim ex multis hominum millibus distinctiones illas vñquam nouit? imò verò quotusquisque est ex illis ipsis Monachis, qui sibi vidētūt reliquorum omnium acutissimi, quem istæ distinctiones non adeò irretitæ teneant, vt nunquam sese inde potuerit expedire? Atque interim dum in umbra & in suis scholis multa garriunt de Accidentibus sine subiecto, de quantitate dimensiua, de concomitantia, de Transubstantiatione, de reali Inexistentia, de visibili & inuisibili & plerisque aliis consimilibus inuentis: ecce tibi magna hominum multitudo qui, defixis in pane & vino oculis, Christum ipsum sibi videntur adorare: parum solliciti de commentitiis illis Distinctionibus.

A R G. V.

Si Corpus Christi est simul in pluribus locis: (id quod necessariò consequitur ex ista reali

Inexistentia Corporis) aut est in omnibus illis locis eodem modo, aut non. Si non est eodem modo: sequitur contradic̄tio. Sic enim unius eiusdemque Corporis praesentia praesentia repugnaret: & aliter esset in locis quam in loco: pluralitas autem nihil aliud est quam unitates aggregate. Si autem Corpus Christi est in omnibus locis eodem modo & verum est quod isti dicunt de Inexistentia Corporis. Ergo Corpus Christi nusquam est visibile, suisque dimensionibus circumscripsum & praeditum sua forma, hoc est, uno verbo: Ergo nusquam est verum corpus (quod absit.) Consequentia patet: quia illi ipsi dicunt, in hoc Mysterio Corpus Christi non esse visibile nec circumscripsum suis dimensionibus, nec sua forma praeditum: & certe si tale esset, dignoscere-
tur ipsis sensibus corporis.

VI.

Si vera Corporis Inexistentia in Pane vel sub Panis accidentibus locum habet: Ergo Christi Corpus non est verum corpus. Quod absit. Ex quo efficitur, Transubstantiationem & realem istam Corporis Christi Inexistentiam sine dogmate Vbi-
quitatis stare non posse.

Consequentia patet: quia hoc est de es-
sentiā veri & vere humani corporis ut suas habeat dimēsiones. Quare (ut de Pontificiis agamus) si Corpus Christi est sub quātitate dimensiua panis (in qua ridicule voluntre-
liqua accidentia fundari;) Non habet igitur suam quantitatēm dimensiua, aut fallsum est quod

est quod dicunt, Corpus Christi velari panis accidentibus. Alioqui sequeretur, vnum idemque corpus habere varias quantitates dimensiunas, adeoque inter se contrarias. Ecquid enim ei quantitati que dimetitur rotunditatem panis cum quantitate humani corporis dimensiua commune esse potest? Sublati autem humani corporis dimensionibus, a num stabit humani corporis veritas? Quinetiam quis non videt (nisi ipse sibi oculos confixerit) inde sequi, Corpus Christi esse ubique diffusum, a qua tamen sententia Monachi se plurimum abhorrere profertur. Quia vero Tractatum de Veritate Humanae naturae Iesu Christi iam edidimus aduersus commentitiam Corporis Christi Omnipresentiam: idcirco non ingrediemur in plenorem huiusc rei tractationem. Nunc tantum docebimus, perinque facere istos Monachos, qui libellis identidem editis dogma illud Ubiquitatis insectantur: sine quo ipsorum Transubstantiatio stare non potest. Quoties enim in suis illis libellis assertunt veritatem Humanae naturae Christi, toties suam Transubstantiationem iugulant.

Sed operæ pretium est audire quibus diverticulis Pontificij effugere conetur. Corpus Christi non est ubique (inquit) praesentia Maiestatis (quod est ubiquitiorum commetum: sed est in cœlo & in sanctissimo Sacramento. Itane tandem? Atqui si vobis fides habeatur non potest esse in vestro illo

Sacramento. Itáne tādē? Atqui si vobis fides
habeatur non potest esse in vestro illo Sa-
cramento nisi sit vbique. Quod quidem ita
doceo. Qnum Monachi Pontificij, suam, hoc
est, Romanam Ecclesiam nobis venditant:
eam pleno ore Catholicā pronūtiant, quip-
pe quam affirment per vniuersum terrarū
orbem diffusam esse: atque hic nobis Oriē-
talem simul & Occidentalem Indiam com-
memorant. Rursus obtinatissimē contem-
dunt, sine Missā sacrificio, ac proinde sine
Transsubstantiatione, Ecclesiam Catholi-
cam non esse. Quare, si passim per vniuer-
sum terrarum orbem Eucharistia consecra-
tur (vt illi quidem gloriari solent) Quid igi-
tur vetat, quin Christi corpus vbique sit?
Verūm inquis, illi qui tuentur dogma Vbi-
quitatis, affirmant Christi Corpus esse vbi-
que vi Vnionis hypostaticę, & Omnipræsen-
tiā Maiestatis. Nos verò nō item: qui de cœ-
lo tantum loquimur & de Sacramento. Au-
dio: & id quidem est non negare Omnipræ-
sentiam corporis, sed potius disputare dē
modo ipsius Omnipræsentia. Quod vt dilu-
cidius fieri rem ita paucis explicabo. Qui
tuentur Vbiuitatē Corporis Christi, nūl-
quam tamen alibi Corpus ipsum Christi
quærendum esse tradunt quām in cœlo & in
Sacramento (quod tamen isti Transsubstan-
tiatores tanquām sibi proprium vendicant)
sed quum animaduerterent (quippe Mona-
chis Transsubstantiatoribus perspicaciōres)
fieri

fieri non posse ut verum & naturale Christi
Corpus sit simul in cœlo & in terra essentia-
liter præsens , nisi statuatur eius Omnipræ-
sentia : idcirco ed deuenerunt , vt dicerent
Corpus Christi esse omnipræsens . Qua de-
re , vt antè dixi , à nobis alibi disputatum est .
Nuc tātūm affirmo , Trāssubstantiatores ita
verbis negare Omnipræsētiā Corporis Chri-
sti , vt eā re ipsa nec opinantes cōstituant . Id
quod manifestū fiet lequētibūs rationibus .

¹ Si Sacramentum in quo per Transsub-
stantiationē verum Christi Corpus est reah-
ter præsens , est in vniuerso terrarum orbe
(quod vtrunque affirmant Pontificij vt pau-
lō antè diximus) Corpus igitur Christi ubi-
que est . Nec enim solum illud tempus spe-
candum est quo Missam Pontificij celebrāt :
quandoquidem nullum est fanum in quo
Eucharistia pixide inclusa non asseruetur ,
quam illi tradunt esse verum & naturale
Christi Corpus . Ex quo etiamnum efficitur ,
falsum esse quod paulò antè dicebat se cre-
dere : nempe Corpus Christi esse tantū in
cœlo & in sanctissimo Sacramēto . Nām Eu-
charistiam asseruatam , esse Sacramentum ,
extra usum & ipsam actionem Sacramenti ,
si ausint dicere , redarguētur perspicuis his-
ce verbis . *Accepit panem , benedixit , fregit , de-
ditque discipulis , & ait , Hoc est corpus meū . Itē :
Hoc facie : Ergo Sacramētu est , quādo datur .*

² Si Corpus Christi yno eodēinq; tépore
est in omnib^o illis locis in quib^r Pōtificij Eu-

charismam consecrant (quæ loca illi dicunt esse innumerabilia: atque utinam certè non tam longè errores Ecclesiæ Romanæ graſſarentur) certè Corpus Christi ibi non est circumspectum suis dimensionibus. Quinetiam plerique ex scholasticis Pontificis auſthoritatem Thomæ sequuti, negant Corpus Christi esse in Eucharistia vel circumspectiuè, vel definitiuè. Itaq; relinquitur ut Corpus Christi ubique sit. Conſequentia est in promptu ex hoc Theoremate longè certissimo. Quicquid nullis locorum spatiis & finibus circunſcribitur & definitur: id ubique est. Quare si Corpus Christi in Eucharistia nullis locorum spatiis & finibus circunſcribitur & definitur: Certè Corpus Christi ubique est. Si circunſcribitur. Ergo tot sunt corpora quod Eucharistia. Vtrūq; adhuc ostendit.

3. Quia infinitas ex parte esse non potest: Ergo nec ubiquitas. At ex istorum sententia sequitur, ratione sacramenti, Corpus Christi ubique esse: planè igitur ubique est.

4. Si quis velit remouere ab aliquo Omnipræsentiam sive Ubiquitatem, necessariò proferet circumscriptionem & definitionem quibus ubiquitas tollitur: Ergo circumscriptione & definitione sublati statuitur ubiquitas. Iā utriusque negant Corpus Christi esse in Sacramento Circumspectiuè: ne fint plura corpora: itēmque Definitiuè, ne corpus ipsum videantur conuertere in essentiā ac naturam spiritualem.

Porrō

Si stare possit hoc Enuntiatum Aliquid nec esse circumscripsum nec definitum, quod tamen ubique non sit: Ergo simili ratione statuit hoc enuntiatum: Aliquid non esse finitum quod tamen infinitum non sit: Ad uer. vi ipsius vocabuli.

Potrd quid sibi vult quod Pontificij dicunt Corpus Christi Contineri sub Accidentibus panis realiter? cur igitur non circumscribitur localiter? Nam corpus realiter continetur loco. Quid? si continetur loco nonne & finitur? si finitur, num potest esse simul in pluribus hostiis? (ut illi vocat) Si in hac continetur, an simul continetur in alia? Tot sint igitur corpora necesse est, quod sunt hostie. Ad uer.

Sexta ratio (ne mihi plores recensenda sint) Eo quod Transubstantiatores non solum affirmant Corpus Christi esse sub quantitate dimensionia panis, sed esse totum sub qualibet eius parte. Est igitur θωρακος. At quid est θωρακος nullis locorum spatiis & finibus circumscripsum, terminatum & definitum: id ubique est. Quid plura? Enim uero non possum satir mirari nouam ista Monachorum subtilitatem, qui posteaquam sua nobis sonnia recitauerunt de quantitate dimensionia Panis, sub qua scilicet Corpus Christi latet non cit cunctam suis dimensionibus: cum sibi videntur pulchre euallis dogma Vbiuitatis: modis solum Sacramentum excipient, affirmant que alibi, nempe in cœlo, Corpus Christi

esse suis dimensionibus circumscriptum. Qui mihi idem facere videntur, vt si quis hominem domi occidisset: ac propterea affirmaret eum foris viuere, sed quod non foris sed domi occisus esset. Amabo te, Monache Transubstantiator, postquam in tuo Sacramento veritatem corporis peremisti, atque id quod impedit ne corpus sit finitum ac proinde verum corpus sustulisti, videlicet proprias & essentiales ipsius corporis conditiones & proprietates quibus finitur: cur nobis profers veritatem Corporis Christi in cælo existentis: potest-ne idem corpus simul esse finitum & infinitum, circumscripsum & incircumscripsum: hoc est uno verbo esse simul corpus & non corpus: Sed æquum est ut ex Transubstantiationis radice eiusmodi surculi prodeant. Quamobrem quoties Monachi Omnipræsentiae dogma libellis insectantur, probantque Christi Corpus esse verum corpus, toties ipsi sive sententiæ nuntium remittunt. Et quum aduersus Omnipræsentiam disputantes solam Eucharistiam excipiunt, tum illi tam ridiculè principium petunt, vt si hoc respondendi genus semel admittatur, nihil unquam falsum esse demonstrari possit. His & plerisque aliis argumentis facile expugnatur commentum Pseud Ecclesiæ Romanae de Inexistentia, sine presentia corporis per Transubstantiationem, in qua defendenda, quum Monachi iam pridem, experiri vellent quod usque possent suis argu-

iis progredi, relicta veritatis via quæ plana & recta est, tot spinosis diuerticulis suum istud dogma intricarunt, ut nondum inter eos plane cōstet quid sit Transsubstantiatio. Et proculdubio si quis attētē rem considerarit, compēret Transsubstantiationem esse πολυμάρτυρ quidem, sed nudum in arte vocabulum, inexplicabile, multiplicibūs variorū errorū nodis intortum: denique multis ἀντιφασεων laqueis inuolutum, quod nihil solidum, nihil certum habeat: atque (ut ad ipsum dogma alludamus) nihil sit aliud quām fictitium aliquod acci-
dens sine subiecto.

Ex superioribus plerisque argumentis, evincitur etiā opinio de Reali In existentia Cor-
poris Christi In, Cum, Sub Pane: simūlque de *Inexistentiam Corporis Christi, in, cum, sub pane.*
Orali Manducatione veri Corporis Christi. Sed hæc preterea ab iis qui hoc dogma inveniuntur considerari velimus. Quero an agno-
scant Corpus Christi esse verum Corpus, nec-ne? Absit ut negent, verum igitur Corpus Christi nonne est circumscripsum ac præ-
ditum veris suis dimensionibus? Etenim Corpus non circumscripsum non est Corpus;
quia si est Corpus, est igitur Quantū: si quantum est, habet igitur suas dimensiones, si
habet suas dimensiones circumscripsum est igitur & locale: nisi vocabulorum sensum,
ipsaque etiam vocabula nobis fortè cri-
piant. Estne igitur Corpus Christi circun-
scriptum In, Cum, Sub pane vel sub eius Ac-

eidentibus & in ore? Si non est circumscrip*tū*
& tamen ibi realiter existit: ergo non est ve-
rum Corpus; quia realis existentia Corporis
non est sine suis dimensionibus, nec sine suis
conditionibus sive proprietatibus *ουσιατικά*,
quibus Corpus est Corpus: alioquin esset ex-
istentia Corporis non existentis. Iam si ve-
rum Christi Corpus non potest existere ni-
vel in Pane vel in Ore, quia nunc realiter existit
in cœlo: essent enim multa Corpora cum
vnum sit Corpus. Si dicunt esse in cœlo cir-
cumscrip*tū*, & in pane vel sub specie pa-
nis incircumscrip*tū*, Ergo non essentiali-
ter & realiter utrobique existit: alioqui idem
corpus haberet simul diuersas essentialias exi-
stentias, id quod *αντιφατικά*: diceretur. Ita-
que si Corpus Christi circumscrip*tū* est in
cœlo, & non in Sacramento: certè aut non
utrobique essentialiter & realiter existit, (quod
tamen volunt) aut non utrobique est idem
Corpus: atque ita Corpus Christi diuersum
esset à scipso. *αδύνατο*. Amplius quero, Si-
ne Corpus Christi In pane vel Sub Specie pa-
nis Localiter? Si est: non igitur est simul Lo-
caliter in cœlo: quia localitas infert circun-
scriptionem & dimensiones Corporis, atque
εξ αὐτῆς totidem essent corpora Christi:
quod absit. Si non est localiter in pane vel sub
specie panis: quare igitur dicūt existere essen-
tialiter in pane vel sub illa specie panis? Nam
qui

qui dicit existentiam Corporis sine Localitate, ille dicit Corpus simul existere & non existere: quia localitas est de ratione essentialis praesentiæ & existentiæ Corporis actu existentis: quoniam ut diximus Corpus non existit sine suis dimensionibus & propriis conditionibus: locus autem metitur & ambit superficiem ipsius Corporis.

Ad hæc. quid significant hæc loquendi genera: In, Cum, Sub Pane vel sub specie Panis, & in Ora? nonne inferunt Localitatem. Idem ne est quum dicas In Pane vel sub specie panis, ac si diceres extra panem vel extra speciem panis: In ore? ac si diceres extra os? Minime. Significatur ergo locus. Etenim qui dicit in Ora, dicit, Vbi: ac proinde dicit locum: quia nos de corpore loquimur. Corpus autem non esse circumspectum: & esse in pane circumspecto, vel sub specie panis circumspecta: quid est aliud quam Corpus Christi in Spiritum convertere? Est, inquis, in loco non localiter? iam ergo, ut dixi, non est Corpus sed spiritus: quod ipse Christus suis verbis negauit. Et certè nonnulli ex Vbiquitariis id non dissimulant, quum ut probent aliquid posse esse in loco, nec tamen esse ibi localiter, proferunt praesentiam Dei cum sanctis hominibus. Nam illi sunt localiter in loco. Deus autem non est localiter. Nimirum Vbiquitarij suos mores tutantur, quibus religio non est Corpus Christi non modo in naturam spiritualem, verum-

eriam in Deitatem transformare. Ecquid enim aliud sibi vult praecipua scilicet *eu&g&os*: quam afferunt de praesentia Dei, quum nos loquamur de Reali praesentia veri Corporis Iesu Christi? Quales, obsecro, istos homines esse dicas? Theologos-ne, qui praincipium Religionis Christianae fundamentum conuellunt: an differendi peritos: qui μιταλαιων εις δλλογραφη, & suas σεζατις mendicantur ab iis rebus quae longissime & plusquam toto genere differunt?

Item, si realiter Corpus existit cum Pane vel sub panis specie, & Oraliter manducatur, ergo Realiter contrectatur. Id si ita est, Corpus igitur habet suas dimensiones, & localitate sine quibus contrectatio ne cogitari quidem potest.

Item, si Corpus Christi realiter existeret praesens cum pane vel sub specie Panis. Ergo videretur, & ipso corporis sensu deprehendetur: ut videretur panis, & sentitur panis, sive (ut alij volunt) panis species.

Non physica ratione haec intelligo, inquis: Atqui, quum Christus vellat probare veram existentiam & essentialiem praesentiam sui corporis: *Videte inquit, manus meas & pedes meos: nam ipse sum: contrectate me & videte: Spiritus carnem & ossa non habet, prout me conspiciatis habere.* Hec Christus veram sui Corporis & essentialiem praesentiam explicans Physicis rationibus. Negatis igitur iis quae sunt *& oīd&n* & essentialia Corporis, negatur ipsius Corporis veritas.

Quint-

Quinetia in his Christi verbis, *Hoc est Corpus meum*: HOC, demonstrat-ne ipsum essentia le & naturale Corpus Christi, nec-ne? Si non demonstrat: facessat igitur Realis præsentia & Inexistēria Corporis Christi, In pane, siue, Sub panis specie. Si demonstrat, obsecro te, quis hoc patienter audiat, essentiale Corpus Christi nobis demonstrari ea conditione, ne à nobis videri possit? Ecquod esset istud demonstrandi genus? Sunt qui dicant Corpus Christi demonstrari non oculis Corporis, sed oculis mentis. Atenim nemo nescit demonstrationē quæ sit hisce verbis, *Hoc est*, esse ad præsentiam referendam: adeò ut quæ sit ratio demonstratio-
nis, ea quoque sit ratio præsentia. Itaque si ut agnoscunt, Corpus Christi demonstratur, non oculis Corporis, sed oculis mentis: certè præ-
sentia Corporis Christi in hoc mysterio non
est Corporalis sed Spiritualis. Iam verò satis
constat Corpus Christi in cœlo realiter existēs
posse demonstrari mentis oculis: imò quæ sunt
coelestia, ea propriè in Theologia dicuntur mé-
tis oculis demonstrari. Non contemplamur, in-
quit Paulus, que cernuntur, sed que non cernun-
tur. Nam que cernuntur temporaria sunt: at que
non cernuntur æterna. Quorsum igitur vrgent
tantopere Corporis Christi Realem in Pane
vel in specie Panis & in Ora præsentiam, si so-
lis oculis mentis, etiam ex ipsorum sententia,
Corpus Christi demonstratur? versent se in
omnes partes licet, nunquā efficiunt quin rea-
E. iiiij.

2. Cor. 4.

lis & essentialis Corporis præsentia demonstrata, nō sit ibi visibiliter, vbi demonstratur. Quare h̄ In pane vel sub Specie panis demonstratur Corpus: Ergo in pane vel sub specie panis est visibiliter præsens. Non est autem visibiliter præsens in pane vel sub specie panis, vt per spicium est: non est igitur in pane vel sub specie panis realiter præsens Corpus Christi. Nam op̄at̄ & c̄ident̄ de corpore dicuntur καθ' αὐτὸν & propterea necessariō.

Rursus sequetur ex corum sententia, idem Corpus esse simul Actu visibile in cœlo, & inuisibile in terra, adeoque in locis innumerabilibus: atque ita tollitur veritas & Identitas Corporis Christi, & constituitur eius Ubiquitas: quod utrumque isti saltē verbis negant. Denique hoc loquendi genus In, Cum, Sub pane, quandoquidem agitur de duobus Corporibus, nempe de Corpore Christi & de Pane, infert non coiunctionem Corporum, sed confusionem: quod absit.

Multa possunt proferri in hanc sententiam: sed nobis satis fuit, quasi digitum ad argumentorum fontes intendisse.

Iam paucis ea videntur esse refellenda, quibus utriusque Adversarij sibi videntur superiora nostra argumenta potissimum declinare.

Duo sunt imprimis quæ utriusque solent ad nostras Obiectiones respondere. Vnum est Omnipotentia Dei. Alterum, vt Pontificij lōquun-

loquuntur, Miraculū: aut, vt alij malū dicere,
Supernaturalis & Sacramentalis ratio. Quæ
duo sigillatim excutiemus, vt omnibus sit per-
spicuum satisne tuto in illis responsionibus
delitescat: & Vtrum verū sit quod illi toties in-
culcant: Varios Respectus tollere incommoda
à nobis obiecta.

Vt igitur primum agamus de Omnipoten-
tia Dei, quam suis commentis utique præte-
xunt quanquam ea de re iam egimus quum af-
ficeremus veritatē humanę Naturę Christi ad-
uersus Ubiquitarios, tamen, prout res hæc vide-
tur postulare, quædam inde repetemus, & huic
Responsioni nunc opponemus tria Theorematia
Theologica omni exceptione maiora.

Primum est: Non licere Theologicè argu-
mentari ab Omnipotentia Dei, nisi præcedat
Dei voluntas expresso ipsius verbo clarè pate-
facta.

Sic enim Christus Sadducæis: *Erratis, in-*
quit, nescientes Scripturas neque potestatem Dei:
Potestatem ipsam cum Scripturis coniungens.
Hoc quām verū sit, vel ex eo apparet, quod
nullum dogma, quantumuis absurdum, un-
quam teiicetur, si hoc Connexum valeret:
Deus est omnipotens: Ergo, hoc vel illud verū
est. Ac proinde Marcion, Eutyches & innu-
merabiles alij veteres hæretici essent ab inferis
excitandi, quibus liceret Omnipotentiam Dei
profette ad suorum errorum confirmatio-

Matth. 23.

nem.

Dicent fortassis se fratres esse verbo Dei: quandoquidem Christus dixit, *Hoc est Corpus meum*. Sed paulo post, quum nobis ad ipsorum obiectiones respondendum erit, facilè demon strabimus, his Christi verbis nihil esse cum rea li ista Inexistentia & Orali mādicatione com mune. Nos autem in nostro Theoremate no minatim hanc conditionem apposuimus: Ut voluntas Dei sit nobis clarè patefacta Verbo ipsius. Etenim multa sunt figurata in Sacris li teris, quæ si accipias ut verba sonant, tantum aberit ut clarè intelligas voluntatem Dei, ut ab ea potius quam longissimè resilias. Fac enim (ne multis aliis consimilibus recensendis sim longior) Anthropomorphitas, ut Deo tribuant humanam formam, ea commemorare quæ pas sim in Scriptura extant de facie, de auribus, de manu Dei, & quæ sunt eiusmodi: tum ita ratio cinari. Deus vult habere humanam figuram, quia scriptum est, Deum videre, Deum audire &c. Deus autem est Omnipotens: Verum est igitur Deum esse prædictum humana figura. Quis, obsecrò, libenter audiret istos hereticos, tum Verbo Dei, tum Omnipotentia ipsius ita abutentes? Hoc enim valde repugnat diuinæ Omnipotentiæ, nedū ut possit ab ea confirmari. Quare ipsum Dei verbum sibi faciem præ fert, adeò ut, collatis Scripturæ locis, facilè sit dispicere, an locutio sit figurata, nec-ne? & quem

quemadmodum intelligenda sit.

Secundum Theorema. Non licere Theologicè argumentari ab Omnipotentia Dei ad id confirmandum cuius contrarium extat in verbo Dei. Nam hoc esset potentiam Dei ipsi Deo opponere: quem sibi ipsi non posse repugnare fatis est manifestum. Sic enim Paulus: *Ille fidus manet, inquit, seipsum negare non potest,* & alibi: *1. Cor. i. Christus non est ita & non.*

Tertiū Theorema, non licere Theologicè argumentari ab Omnipotentia Dei ad id confirmandum quod contradictionem continent. Thomas Quod esse verissimum, vel ipsi Scholastici fatis agnoscunt, quum affirmet Deum non posse factum. L. I. & 2. cetera ut Contradiccio sit vera: hoc enim esset Impotentia non Omnipotentiae. Id quod à Veteribus de promptum est: In sinu Dei non est Contra dictio, inquit Augustinus: Item: Deus Confess. I. dicitur Omnipotens faciendo quod vult, nō pa- 12. c. 25. De tiendo quod nō vult: quod si ei accideret, ne- Trinit. I. 15. de Ciuit. quaquam esset Omnipotens: vnde propterea Dei. I. 5. c. quedam non potest, quia est Omnipotens. 10. De tēp. Item: Quanta non potest Deus? Non potest Item: mori, non potest peccare, non potest mentiri, non potest falli, Tanta non potest, quæ si possit, non esset Omnipotens. Et Ambrosius: Ep. 37. Impossibile est Deū mentiri, inquit Apostolus: Impossibile istud non Infirmitatis est, sed virtutis. Hanc Veterum doctrinam, quæ claram lucet in Scriptura Scholastici haud in-

scitè sanè dilatant & explicant (quemadmodū
ante tres annos aduersus Monachos Burdega-
lenses Gallicè disseruimus, id quod nostris ver-
bisquāmbreuiissimè fieri poterit, referemus.)

*Scholastico-
rum senten-
tia de Omni-
potētia Dei.*

Primò, Deus (inquit illi, & verissimè)
non potest facere, id quod factum est, factum
non esse. Nam, si factum est, verū est igitur fa-
ctum esse: ac proinde falsum est, factum non el-
se. Et vicissim, si factum nō est: verum est igi-
tur factum non esse: ac proinde falsum est, fa-
ctum esse. Atqui, non didicimus, sed à natura
ipsa hausimus & expressimus, Idē de codē simul
non posse esse verum & falsum: quia Ens &
Verum conuertuntur, ut tradunt Philosophi,
& Theologi agnoscent: nimirum naturæ vo-
cem, vel potius, Dei vocem resonantem in
naturalibus principiis, andientes. Constat au-
tem, Deum non posse id quod falsum est, quia
falsitas, non est potestatis, sed impotentiae &
infirmitatis. Rectè enim Chrysostomus cen-
set, nihil esse infirmius mēdacio. Itaque quum
Deus sit simul Omnipotens & veracissimus:
adeoque ipsa omnipotentia & ipsa veritas,
certè omnipotentia cum veritate pugnare nō
potest. Quum enim veritas sit potestatis, ipsa
sibi omnipotentia repugnaret: statuendum est
igitur, Deum non posse facere, ut id quod fa-
ctum est non sit factum, hoc est dicere, fieri nō
posse, ut Deus non sit Omnipotens & veraci-
simus, quia fieri non potest, ut non sit Deus,
qui

In Ioan.
hom.28.

qui non esset Deus, si non esset omnipotens
& veracissimus.

Secundò, Deus(inquiunt) non potest facere, ut si Definitum est, non sit quoque ipsius Definitio. Exempli gratia: potest quidem Deus facere, ut qui homo est, non iam sit homo: sed non potest facere, ut simul homo sit & non sit: ac proinde non potest facere, ut homo sit, & non sit Animal rationis particeps. Cùm enim definitio & definitum conuertantur, sequeretur hominem simul esse, & non esse. Nam qui definitionem rei alienius dicit, ille dicit rem ipsam: quia dicit id quod res ipsa est. Si quis autē dicat rē esse sine sua essentia, ille dixerit rē simul esse & non esse.

Tertiò, Deus(inquiunt) non potest facere ut opposita quæ se mutuò tollunt ac perimunt, sint simul in eodem subiecto. Exempli causa: hæc propositio vera est: Corpus Christi fuit mortale, nimirum antequam pro nobis moretur: ac proinde falsum est: Corpus Christi tunc fuisse immortale, quia non potuisset mori Christus: at Christus pro nobis mortuus est. Contrà, posteaquam Christus surrexit, iam hæc propositio vera est: Corpus Christi est immortale: ac proinde falsum est, Corpus Christi esse mortale: *non amplius moritur*, inquit Paulus: *mors illi ultra non dominabitur* De his i-^{Rom. 6.}gitur & consimilibus verè dicunt Scholasti, Deum illa non posse: quandoquidem

continent contradictionem, ac proinde falsitatem. Falsitas autem non est potestatis, De Trinitate sed infirmitatis. Itaque, inquit Augustinus, Ille lib. 15. Deus potenter non potest, neç est infirmitas ista, sed firmitas.

Nunc ut superiota illa ad præsentem quæstionem accommodemus, ita statuendum est: Perperam aduersarios respondere, Deum facere ut Corpus Christi sit Realiter præsens, sive existens, In pane vel Sub accidentibus panis, & in Ora: idque sine Circumscriptione, sine localitate, denique sine propriis dimensionibus: quia Deus est Omnipotens. Sic enim potius ratiocinandum est: Deus est Omnipotens: ergo non facit ut Corpus Christi sit Realiter præsens simul in pluribus locis, & sit præsens Realiter sine localitate & sine suis propriis Dimensionibus. Ratio est: quia Deus ficeret Contradictoria esse simul vera. Item ficeret definitum existere sine sua Definitione (Corpus enim, sine suis dimensionibus: & , Realis præsentia Corporis, sine Circumscriptione & Locali, sine localitate, definiti & intelligi non potest) adeò ut qui dicat Corpus sine Dimensionibus, & realem præsentiam Corporis sine localitate, ille dicat Corpus non esse Corpus: & realem præsentiam corporis non esse realem Corporis præsentiam. Denique Deus est Omnipotens. Ergo non facit ut idem Cor-

Corpus sit simul circumscriptum & incircumscriptum : in uno loco , & in pluribus simul : quia haec duo opposita se mutuo perimunt : & sequeretur contradic̄tio , quam Deus potenter non potest , inquit Augustinus . Atque haec de tertio Theoremate à nobis dicta finit.

Ex his igitur tribus Theorematibus superiorem illam de Omnipotentia Dei Responsonē ita redarguamus . Ab omnipotentia Dei non licet argumentari vel pro Transubstantiatione vel pro Reali Inexistentia Corporis , quippe quum non tantum destituta sint voluntate Dei , ipsius verbo clare patefacta : sed etiam planè aduersentur expressis Scripturæ testimoniis : (tollitur enim veritas Corporis Christi , quę perspicuè affirmatur in Scriptura : tollitur etiam substantia panis & vini in mysterio Cœnæ Domini , quę tamen manifestis apostolorū verbis asseritur) & apertam Contradictionem contineant , ut proximè declaramus . Denique si valet hoc argumentum duorum ab Omnipotentia Dei , cur igitur isti tantopere facientes dogmati Ubiquitatis quod qui defendunt , solent illam ipsam Omnipotentiam preterire . Itaque aut illis cum dogmate Ubiquitatis in gratiam redeundum : aut huic arguento renuntiandum est .

Sic igitur argumentum ductum ab Omnipotentia retorquemus . Deus est Omnipotens : ergo potest facere ut nos in terris exi-

stentes participemus verum Corpus Christi
in cœlis existens: quod isti fieri non posse ex-
stiment nisi Corpus ipsum in terris realiter
præsens existat: simul Omnipotentiā Dei vr-
gentes & de Omnipotentia dei dubitantes.

Refutatio responsionis, tificij loquuntur de Miraculo. Altera responsio est Miraculum (ut Pon-
tificij loquuntur) editum ab Omnipotentia
Dei, quod quia pendet ab eorum superiori
ri response, ea refutata, sua sponte cor-
ruat necesse est. Hæc tamen addemus: pri-
mò, eam esse miraculorum naturam, ut ex-
ternos sensus afficiant, arque ita commo-
ueant homines, eosque rapiant in admira-
tionem operum Dei: ex quo fides & ob-
dientia erga Deum gignantur. Id quod pro-
bari potest Inductione, si quis ea miracu-
cula sigillatim expendat quæ sacris literis
prodita sunt. Secundò, satis constat, post-
quam Euangelij prædicatio radices egit,
eiusmodi miracula in Ecclesia cessasse, quem-
admodum Veteres agnouerunt, & ipsa ex-
perientia conuincit: hoc autem sacrum Cœ-
næ Domini Mysterium debet in Ecclesia
vsurpari quandiu in terris versatur. Ter-
tiò, Miracula non sunt constituenda in re-
rum essentiis euertendis (id quod fieret, si
istis credamus) quandoquidem miracula sunt
terum naturam & essentiam, adeò ut il-
lam destruant. Sicenim Augustinus, Deus
inquit,

inquit, adest naturę, ut natura miraculis non *Decur. pro-*
 desit. Id quod etiam Thomas agnouit hisce *mort. ger.*
 verbis: Licet (inquit) Deus aliquando præ- *c.16.*
 ter ordinem rebus inditum aliquid opere- *Cōtr. Gen-*
 tur: nihil tamen facit contra naturam. Hæc *til. l.3. cap.*
 Thomas Monachorum pater & magnus *4. Sent. di-*
 Transsubstantiationis patronus. Quartò, in *stin. II. &c.*
 iis quæ contradictionem continent, Miraculum esse non potest: quia Miraculum est
 potestatis: & contradic̄tio est impotentiae &
 infirmitatis, ut antè diximus: & id Scholaſti-
 ci agnouerunt. Quintò, quum sacra Domini
 Cœna sit Sacramentum ordinarium Eccle-
 siæ, hoc dicitur ἀντιφατικῶς: Miraculum fieri
 in ordinario Ecclesiarum Sacramento: quia
 omne Miraculum est extraordinarium, aut
 non est Miraculum. Neque hīc dicant fieri
 Miraculum spiritualiter: primū eò quod id
 repugnat naturę Miraculi, ut iā dictum est:
 Deinde quia id non conuenit eorum senten-
 tiæ. Nam quæ dicuntur fieri spiritualiter
 illa Miracula fiunt in animis nostris, at nihil
 tale nobis proponunt, sed potius affirmant
 Miraculum fieri in reali Corporis presentia,
 vel in Pane vel sub accidentibus Panis & in
 Ore. Os autem Corporis nostri, non est ani-
 mus noster. In hac etiam sententia Augusti-
 num fuisse, constat ex his illius verbis. Panis *De Trin. l.*
 inquit, ad hoc factus, in accipiendo Sacra- *3.c.10.*
 mento consumitur. Sed quia hæc homini-
 bus nota sunt quia per homines fiunt, ho-

F. J.

norem tanquam religiosa possunt habere, stuporem, tanquam mira non possunt. Hæc Augustinus. Cæterum quum Panis & vinum sint res externæ & aspectabiles: non conuenienter dicitur, Miraculum spirituale de rebus externis fieri. Quod si mihi non assentatur, euoluant igitur sacras paginas: &, si quidem possint, tale aliquod Miraculum, inde nobis depromant ad suæ sententiae confirmationem.

*De variis
respectibus
quos aduersarij prete-
xunt.*

Sed iam excutiendæ sunt latebræ in quas Aduersarij solent se identidē abdere, quum superioribus incommodis vrgentur. Varij, inquiunt, respectus non tollunt veritatem essentiaz. Itaque Corpus Christi non est in Pane vel sub Panis accidentibus modo Physico & naturali: sed modo Sacramentali & supernaturali. Itane censemus? Atenim loquimur de vera præsentia veri Corporis, verè & Actu existentis, quæ sibi perpetuò constans, vestros illos varios ac diuersos respectus nihil moratur. Itaque Corpus Christi, de quo differimus, est, *Id est*, Individuum & singulare realiter existens, quippe verum & naturale Corpus: nec gloria tollit eius veritatem, quia non esset gloriosum Corpus, nisi esset verum Corpus: Ac proinde nulli unquam vestri respectus efficient, vt hoc ipsum Corpus, sit Actu simul in Cœlo & in terris in locis innumerabilibus Realiter existens: sit Actu circumscriptū simul & incircumscriptū: deni-

denique, sit Actu alicubi præsens, neque ibi
sit localiter. Concludamus igitur, Corpus
Christi non posse esse, nisi verum Corpus: &
si qui respectus adhibeantur qui pugnant
cum veritate ipsius Corporis toties clarissi-
mis Scripturæ testimoniis comprobata, eos
esse, non respectus differentium, sed somnia
delirantium. Etenim ut eorum verba in ip-
sos retorqueamus: varij hominum respectus
non tollunt veritatem essentie: sed potius ab
ipsa rei veritate tolluntur.

Sed iam quinam sint isti varij respectus,
audiendum est. Realis præsentia Corporis
Christi in pane vel sub specie Panis (inqui-
unt) nec est Corporalis, nec Spiritualis: sed
tertia quædam, nempe Sacramentalis. Ve-
rumentiuero, quandoquidē Corpus Chri-
sti est substantia, & omnis substantia vel est
corporalis, vel spiritualis: certè si Sacramen-
tal is ta præsentia, nec est Corporalis, nec
Spiritualis: nō est igitur Realis & essentialis
Corporis Christi præsentia. Iam non potest
esse vtraque realis simul: quia nec Corpus
potest esse Spiritus: nec Spiritus potest esse
Corpus: & qui illa toto genere differentia
confundunt & exæquant, illi in maxima re-
rum omnium ignoratione versantur. Atque
omnino detracto istius distinctionis integru-
mento, facile est videre, Sacramentalem præ-
sentiam illis nihil aliud esse, quam Realem
præsentiam in Pane vel sub specie Panis, at-

que ita non distinguunt, sed repetunt suam sententiam aliis verbis, suo more ~~ad se~~^{ad se} ~~et~~^{et} ~~et~~^{et}. Hoc enim inter nos est cōtrouersum. Sit-ne verum Christi Corpus Realiter præsens sub panis Accidentibus, siue In, cum, sub pane, ut alij volunt. Et quum nos vrgemus ea quæ necessariò consequuntur Realem, siue, essentialem præsentiam Corporis, ex ipsius corporis veritate: tum illi sic egregie distinguunt: Corpus Christi, nec Corporaliter nec Spiritualiter esse præsens, sed Sacramentaliter: hoc est, ut illi quidem intelligunt, Corpus Christi esse sub accidentibus panis, vel in, cū, sub pane: præclarū, scilicet, distinguendi genus. Peto à Christianis lectoribus ut serio aduertant ad eiusmodi Distinctiones, in quibus Petitio Principij solet sub Verborum inuolucris delitescere: adeò ut ex vsu loquendi istorum hominum distinguere, nihil aliud sit, quam suam sententiam aliis verbis repetere.

Nonnulli sic excipiunt: Mandationem Signi non esse tam pignus sumptionis Spiritualis Corporis Christi, quam rei tertiae, nepe futuræ vitæ. Quid? vnde manat ad nos vita illa æterna, nisi ab ipso Christo pro nobis tradito: Eritne effectum, sine sua causa? potius igitur Christum audiamus de hoc myste riora ita differentem. Qui manducat meam car nem habet vi tam æternam: Itē nisi ederitis carnē filij hominis nō habetis vitā in vobis.

Nam

Nam quod alij dicunt Oralem Manducationem Corporis Christi esse Signum manducationis Spiritualis: itemque Corpus esse Corporis, & Sanguinem esse Sanguinis Sacramentum, non eget refutatione. Inuehit enim manifestam Signi & rei Signatæ confusione: siquidem vna eadēque res sit sui ipsius Signum: essetque in infinitum progresus. Dicendum est igitur (ita iubente Sacramenti ratione & natura) Oralem māducationem Panis esse Signum Spiritualis manducationis Corporis Christi. Quorsum enim Panis, si Corpus est signum Corporis?

Cæterūm Oralem manducationem Aduersarij dicunt non esse naturalem, sed supernaturalem & incomprehensibilem, adeoque nō planè cognoscendam ante diem nouissimū: quæ omnia dicuntur inconstantissimè. Ecquis enim nescit oralem manducationem esse naturalem? quid hic, obsecro, adeò est incomprehensibile, vt ad eius cognitionē dies nouissimus sit expectandus, nimirum quum non amplius Sacramentis opus erit? Itaque si Corpus Christi manducandum est à nobis modo supernaturali & incomprehensibili, non est igitur oraliter manducandum. Sed forte istis idem est supernaturale & *υπερφυσικόν* atque *αντίφυσικόν* & id quod rei naturam tollit. Nam ista profecto Oralis Manducatio veri Corporis Christi, veram eius essentiam & ipsius Sacramenti naturam euertit. Sed

maneat Corporis Christi naturae veritas, ve-
ráque Sacramenti doctrina, & omnia huma-
na commenta euanscant.

Sed enim quia Consumentiatores pla-
nè adhærescant istis Distinctionibus, Su-
pernaturaliter & Sacramentaliter: atque ita se
putant superiora incommoda à nobis propon-
sita effugere, aliquid præterea de hisce Di-
stinctionibus dicendum est.

Supernaturale dici non potest, id quod
naturam euertit. Nam aliud est *υπερφυσικόν*,
aliud *αντιφυσικόν*. Quinam enim superatura
tura, si natura non est: iam autem suprà ad-
monuimus, Miracula quæ sunt suprà & præ-
ter naturam elucere, non in euertendis, sed
in illustrandis ac decorandis substantiis que
certè non illustrantur neque decorantur si
esse desinant. Quòd si quis dicat verum cor-
pus esse supernaturaliter nō verum corpus,
ille procul dubio dicet naturam supernaturaliter
non esse naturam. Opponamus igitur
isti errori crassissimo hoc Theorema.

Omnis distinctio quæ rei de qua agitur
naturam euertit, nō est vera distinctio. Nam
hac distinctione Naturaliter, Supernaturali-
ter & consimilibus (siquidem sunt veræ di-
stinctiones) Res non tolluntur, sed rerum
modi determinantur. Modus autem rei non
potest esse nisi res ipsa maneat: alioquin erit
modus non determinanda rei, sed exterminan-
da. Enim uero non possum satis mirari
præposteram istorum hominum diligen-

tiam qui tantopere laborant, ut nobis expli-
cent, scilicet, quónam modo verum Corpus
Christi, non sit amplius verum Corpus. Nā
sialiquo tandem modo fit, ut Corpus Christi
definitionem veri Corporis, ac propterea
naturam veri corporis abiiciat: nonne inde
sequitur Corpus Christi, non esse verum
Corpus? Est-ne aliquid verum, quod omni-
nō non sit verum? Ecquis vnquam Christianus
dubitauit, sanctissimum Christi Corpus,
fuisse, esse, & perpetuò fore verū corpus? Id
Scriptura iubet nos credere: Id vetera Sym-
bola tradiderunt: Id Ecclesia Dei constan-
tissimè retinet. In nunc, & te quantumuis li-
cet excrucia, in cōquirendis modis quibus
Corpus Christi nō sit verū Corpus. Nā si ali-
quo modo Corpus Christi nō habet suas pro-
prietates & dimensiones, estque incircun-
scriptum: ergo aliquo modo non est verum
corpus. Si supernaturaliter Corpus Christi
non habet suas dimensiones & conditiones:
ergo supernaturaliter non est verum Cor-
pus. Si sacramentaliter non habet suas di-
mensiones & proprietates: ergo sacramen-
taliter non est verū corpus. Atqui nec Sacra-
metaliter nec Supernaturaliter, nec vlo mo-
do fieri potest, ut Corpus Christi, non sit ve-
rum corpus. Ergo inepta & ridicula est ista
distinctio, iam non distinguens sed ipsam rei
naturam euertens.

Atque hoc etiam vocabulum *Sacramen-*
F. *iiij.*

taliter discutiamus. Iste homines hanc sententiam perpetuo habent in ore, Sacramentum constare duabus rebus, nimirum Re cœlesti & terrena: hoc est, ut Theologi dicunt, Signo & Re significata. Nam si ita est, necesse est igitur utrumque maneat, videlicet Signum & Res. Atqui Corpus tollitur si Realiter praesens est in celo circumscripsum, & Realiter simul est praesens in circumscripsum in Pane & in ore: ut iam diximus. Quinam ergo potest id fieri Sacramentaliter, siue, ratione Sacramentali, ut isti loquuntur? Quid quod reiiciunt) hac imprimis ratione: quia, quum Panis sit Signum Corporis Christi, necesse est remanere veram Panis substantiam, ne fides abrogetur veritati Sacramenti. Obsecro vos, si veram signi naturam in Sacramento constanter retinetis, cur naturam Rei significatae nobis eripitis? Si Panis est verus Panis: cur Corpus Christi non erit verum corpus? Atqui infinitis partibus Res significata præstat ligno: debemus igitur longè magis Corporis Christi, quam Panis veritatem retinere. Quare Corpus Christi non potest Realiter existere praesens in pane & in ore, quia non potest esse non verum Corpus. Quid nonne illi ipsi inculcant, Sacramentum constare duabus rebus, nempe, signo & re significata? Si igitur Corpus Christi est Sacramentaliter praesens, ergo id de pane dicendum erit.

rit. Atqui, Sacramentum non facit ut panis sit præsens, sed quum sit realiter præsens sit signum Corporis Christi, ex ipsius Christi instituto. Porro, quia Sacramentaliter significat modum & rationem Sacramenti, ecquis est hic modus? Si dicant eum esse modum Sacramenti, ut Res sit realiter & essentialiter præsens cum Signo, principium petunt, ut diximus. Hoc enim inter nos controversum est. Nam perinde est ac si dicant: In S. Cœna Corpus Christi esse realiter præsens in pane & in ore, quia hæc est ratio Sacramenti: quod quid est aliud, quam rationem sine ratione afferre?

Vero enim uero illi tum expresso Dei verbo, tum certissimis rationibus inde petitis, nituntur, qui docent, eam esse rationem Sacramentorum: ut signa nobis exterius exhibantur: Res autem significatae nobis sint interius, hoc est, ab ipso animo vera fide per efficaciam Spiritus S. recipiēd̄. Et quum Fides nullis locorum interuallis possit intercludi: eam in hoc sanctissimo mysterio verè amplecti Corpus Christi realiter in cœlo præsens, adeoque totum Christum, ut viuifica eius virtus ad nos dimanet. hæc est vera ratio Sacramentalis quia rerum essentiam conservat, & est ipsius naturæ Sacramenti conuenientissima. Sic enim August. Tūc vita unicus erit Corpus & sanguis Christi, si quod in Sacramento visibiliter sumitur, in ipsa

veritate spiritualiter manducetur.

Denique hoc dicitur incōstantissimè. Corpus esse realiter præsens in pane & in ore. Nam hic *Reale*, idem est quod *Essentiale*. Ex quo fit ut ex eorum sententia, verum & esse-tiale Corpus sit realiter & essentialiter præ-sens in pane & in ore. Atenim essentia præ-sentis Corporis, sine dimensionibus & con-ditionibus essentialibus suis, ne cogitari qui-dem potest. Loquimurenim de Corpore actu-existente. Quare sequeretur ex istorū senten-tia, Corpus Christi esse verum, sine veritate Corporis: & esse Corpus essentiale, sine Cor-poris essentia: Mirus est profectò eiusmodi, non Distinctionis, sed confusionis & pertur-bationis rerum omnium modus.

Atque hæc de Aduersariorum Respōsi-nibus ad superiores nostras Obiectiones.



CAPVT IIII.

POSTEA QVAM sententię nostrę ve-ritatem certissimis Scripturæ fir-mamentis comprobauimus: & Ad-uersariorum sententiam firmissimis rationi-bus & incommodis *ἀλυτοις* refutauimus, eo-rumque responsiones ad obiectiones nostras diluimus: reliquum est ea discutere argu-mē-

menta, quibus illi conantur sua dogmata hominibus commendare.

OBIECTIO I.

Caro mea verè est cibus: & Sanguis meus verè est potus Ioan. 6. Ergo Corpus & Sanguis Christi Realiter praesens existit sub Accidentibus Panis & vini: vel (ut alij dicunt) In, Cum, Sub pane & vino: & ore Corporis manducatur & bibitur. Consequentia patet ex ipsis verbis, adeoque ex vocabulo, Verè, & Anðæs, quo Christus usus est.

RESPONSIO.

Vt antecedens est verissimum, ita Consequens est falsissimum. Primus error ~~ad~~ ^{τὸ} Χριστὸν λέγεται. Nam Christus affirmat Carnē suā esse cibū, nēpe spiritualē & ad animos nutriēdos accōmodatū: quēadmodum ille ipse ibidem exponit, inquiēs: *Verba quæ loquor vobis spiritus sunt, & vita sunt.* Observanda est igitur ~~ad~~ ^{τὸ} αὐλογία inter vitam & cibum illum quo vita sustentatur. Vt enim loquitur Christus de vita spirituali in sanctissima illa concione: ita proculdubio loquitur de cibo & alimento spirituali. Sic enim Christus: *hic est panis qui de cœlo descendit, ut qui eo* Ioan. 6. *vescitur non moriatur. Si quis ederit ex hoc pane vivet in æternum.* Caro mea est quam dabo pro misericordia vita, & quæcumque eō spectam. vt igitur anima vita verè vita est: ita cibus quo vita ani-

maxime fouetur verè cibus est. Itaque in his loquendi generibus, hæ particulæ Verè & Venerabilem tuum roatem intelligendæ sunt pro ratione subiecti. At isti verba Christi perinde accipiunt, ut si de Corporali cibo loqueretur. Quorsum enim colligunt ore corporali manducandum esse Corpus Christi, eodem quod Christus dixerit Carnem suam verè esse cibum, nisi de Corporali cibo intelligantur? At nominatim Christus affirmauit spiritum esse qui vivificat. Itemque sua hæc verba esse Spiritum: hoc est nô de Corporali sed de Spirituali cibo esse accipienda: qui quidem cibus spiritualis ore animi, hoc est, vera Fide manducatur atque percipitur. hinc illa preclara ex eadem Christi concione. *Qui credit in me habet vitam æternam: Ego sum panis vita. &c. hoc est opus Dei ut credatis in eum qui misit me. Qui venit ad me nequaquam esuriet, & qui credit in me non sitiet unquam, &c. vidistis me nec creditis, &c. ut omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam. Sunt quidam ex vobis qui non credunt, &c.*

Abducamus igitur ad incommodeum.

Vocabula Cibi, & Manducandi, aut accipienda sunt in propria significatione, aut metaphorice usurpantur. Si in propria significatione: Ergo caro Christi est cibus Corporalis Corpus ipsum nutriendis in hac vita, quemadmodum & reliqui cibi. Ad humor. & plus quam Capernaiticum. Si metaphorice usur-

vsuperantur: ergo non inde potest inferri orationis perceptio veri & naturalis Corporis Christi. Error est μετάβασις eis ἀλλογένων.
 Nam oralem perceptionē isti metaphorice non dicunt, sed propriè: atq; ita oralis perceptio est pars naturalis & corporalis manducationis qua corpus ipsum nutritur. Etenim nec manducatio sine cibo nec cibus si ne nutrimento intelligi debet: alioquin erit cibus non cibus. Quanquam igitur Caro Christi non est figurata aut metaphorica, tamen figuratis verbis exprimitur arctissima & spiritualis coniunctio, quæ cum vera Christi Carne adeoque cū ipso Christo nobis intercedit. In his igitur enuntiatis Subiectum propriè intelligitur, Prædicatum autem concipitur verbis figuratis ad faciliorem rerum Spiritualium intelligentiam.

Secundus error, quod plus assumant in Cō sequente quam in Antecedente proposuerint. Nihil enim Christus dixit, de Transsubstantiatione, nihil de panis accidentibus sine subiecto & sine substantia panis (vt Monachi quidem dictitant) remanentibus: nihil de reali Inexistentia in pane, imò ne de ipso quidem pane naturali quicquam hīc locutus est Christus. Quare verba Christi sic in illos ipsos retorqueamus.

Si manifestum est Christum apud Ioannē loqui de spirituali cibo quo fouemur in vitā spiritualem & æternam (nisi fortè isti cum

suis commentis ad Capernaitas discedant)
Ergo caro Christi est vere cibus spiritualis,
Et vi Cōsequentis , nō est mānducanda ore
corporis. Vt enim cibus qui verē est cibus
corporalis, non animi, sed corporis ore mā-
ducandus est: ita cibus qui verē est cibus spi-
ritualis, nō corporis sed animi ore mandu-
cādus & percipiēdus est. Vt autem animo per-
cipiamus Corpus Christi, nihil opus est vel
Trāsubstantiāe, vel cōsubstātiōne, vel
orali mādicatione veri corporis Christi: sed
vera fidēopus est, quē nos cū Christi corpore
in cœlo existente spiritualiter & efficacissi-
mè, operante Spiritu S. coniungat. Etenim
verbo illo manducandi metaphoricè &
Spiritualiter v̄surpato arctissimam cum ipso
Christo coniunctionem significari copiosè
diximus in superiori Tractatu de Spirituali
mandicatione Corporis Christi. Loquor au-
tem de vera illa fide quæ Christum cum suis
benēficiis verē apprehendit , ne forte Ad-
uersarij existimat me de sua illa fide loqui
quæ vel ad accidentia panis vel ad ipsum pā-
nem adhārēscit. Sic enim nobis definiunt fi-
dem in hoc sacramento necessariam: nempe
vt credamus verum corpus Christi inuisibi-
liter esse vel sub accidentibus panis vel in
ipso pane. At Christus in hoc mysterio iubet
nos in seipsum credere & ad seipsum venire
qui carnem suam dedit pro mundi vita, vt
ea ratione vitam æternam habeamus, quem-
ad-

admodum Christus ipse in preclara illa con-
cione apud Ioannem testatus est.

Atenim, Inquiunt, multa percipiuntur
corpore, quæ ad animum ipsum perueniunt
vt aqua Baptismi & exterior verbi prædica-
tio. Respondeo cum Petro, Ablutionem ex-
teriorum quæ fit in Baptismo, non ablueret
animam neque nos seruare. Abluuntur e-
nim animæ nostræ sanguine Iesu Christi in-
quit Ioannes quo nos Spiritus S. aspergit, ^{1. Ioan. 2.}
inquit idem Petrus. Quemadmodum igitur ^{1. Pet. 1.}
in Baptismo, nec ipse Christi sanguis, neque
Spiritus S. tingit sanguine Christi exterius
corpus vt animam abluat: Ita ipsum Christi
Corpus non est oraliter manducandum vt
animam nutriat. Quod ad externam verbi
Prædicationem attinet grauissimos illi er-
rores admittunt quum in Philosophia, tum
in Theologia. Nam res ipsæ quæ sensus no-
strorum extenuos afficiunt, non perueniunt ad
mentem nostram sed carum tantum ^{ōμοίω-}
^{τα.} Sonum autem qui aures ferit, aut cor-
pora quæ oculis videntur esse realiter in
mente, nemo unquam cogitauit, immo ne co-
gitari quidem possit: esset enim hoc insanire
non cogitare. Præterea quando Euangilio
prædicato credimus, fides interius creatur in
animis nostris & infunditur à Spiritu S. vt
Theologi docent: tantum abest vt fides & ea
quæ creduntur sunt In, Cum, Sub sono illo,
qui ab auribus nostris excipitur.

O B I E C T I O II.

Accepit Iesus panem & benedixit ac fregit adiisque discipulis suis & ait, Accipite & comedite, hoc est Corpus meum: & accipiens calicem gratias egit & dedit illis dicens, Bibite ex hoc omnes. Hoc est enim Sanguis meus noui Testamenti qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.

Ergo verum & naturale Christi Corpus & Sanguis est Verè & realiter præsens, vel sub nudis accidentibus panis & vini sine subiecto remanētibus ut Pōtificij volunt: vel In, Cum, Sub pane & vino, ut malunt alij: & oraliter percipitur, ut vtrique affirmant. Cōsequentia patet, ex ipsis Christi verbis ita constanter ab Euangelistis recitatis. Adde alias circunstantias: nempe quod Christus loquutus fuerit amicissimis, in loco priuato: in Testamento condendo: in discessu. Ex quibus efficitur, Christum apertè & sine tropo Apostolis fuisse locutum: & CōpnGv esse retinendum, ne Corpus figuratum esse videatur.

R E S P O N S I O.

Quandoquidem Sacrae Cœnæ Domini nihil est cum Missa Pontificiorum cōmune (ut alibi à nobis demonstratum est) possemus eos ab ipso limine arcere: sacra sancta Domini verba perperam vñsurpantes, & tanquam in alienam possessionem irruentes:

tes: Illa enim ad Cœnam Domini, non ad commentitium Missæ Sacrificium pertinēt, ut videre licet ex illis ipsis locis quos citantur. Nam quum Christus dixerit, *accipite manducate*: Sacrificuli in sua Missa nihil aliis porrigit, ac soli manducant. Et quum Christus dixerit, *Bibite ex hoc omnes*: Illi Laicos (quos vocant) ne extra Missam quidem, ad calicem accedere patiuntur. Quare hæc sunt Monachorum verba: videte, adorate, pectus tundite, & peracta Missa pretium numerate. Quæ quām longè distent à verbis Christi, si quis non videt, ille non lucem solis clarissimam, sed suam ipse cæcitatem accuset. Verum enim uero quoniam istis multa condonanda sunt, si quis velit cum eis disputante: agè, ne rem ita ad viuum resecemus: sed argumentum nobis propositum exutiamus & doceamus his sanctissimis Christi verbis, neque Pontificiorum neque Consubstantiatorum dogmata subleuari vlo modo posse.

Antecedens admittimus: & ipsa Christi verba magna cum reuerentia audimus, éaque esse verissima certissimè credimus. Consequens autem eosdem continet errores quos in superiori Obiectione redarguimus.

Primus error: quod alienam significacionem affingunt verbis Christi. Nullum est enim verbum à Christo in hoc sacro mysterio instituendo usurpatum quod conuersio-

G.j.

nem significet; vel, Transubstantiationem
vel Consubstantiationem. Nam *Accipere*,
Benedicere, siue, *gratias agere*, *frangere*, *dare*,
non significant conuertere aut Consu-
stantiare per realem Inexistentiam. Rur-
sus in hoc complexo, *Hoc est corpus meum*,
verbum *Est*, non significat conuertere vel
existere realiter In, Cum, sub re aliqua. Hoc
enim verbum hactenus substantium di-
ctum est, nunquam autem Transubstan-
tium vel Consubstantium. Quinetiam si
rem proprius inspicias facile comperies
Essere, & Transubstantiari vel Consubstan-
tiari opponi: adeo ut constanter affirmare
possim, Si est, ergo non transubstantiatur,
siue in aliam substantiam conuertitur
nec Consubstantiatur. Nam quod conuer-
titur est in fieri (ut schola loquitur) in *re*
vive&dy, ac proinde nondum est haec vel illa
substantia. Et (quemadmodum iam an-
te diximus in cap. superiori proximo, quam
excuteremus Demonstratum *Hoc*)
quam Christus non dixerit, *Hoc fiat corpus*
meum, vel, *Hoc sit Corpus meum*, sed ita po-
tius, *Hoc est Corpus meum*: certe si vlla esset
conuersio eam necesse esset præcessisse:
Idque vi ipsius verbi *Est*, quod illi nobis
obuiciunt. Neque fieri potest, ut vlla se so-
phistica solertia inde vñquam expediant.
Quod si esset realis Inexistentia quam alij
inuehant,

inuenient, Christus non diceret, Hoc est
Corpus meum Sed In, Cum, Sub hoc, est
Corpus meum.

Secundus error : quod Consequens sit
longe latius Antecedente. Ecquid enim est
in Christi verbis quod vel suspicari pos-
sunt pertinere ad Christi Corpus sine pro-
prietatibus naturalibus & *oūsālmaīc* (vt
trique volunt) & vicissim ad panis ac-
cidentia sine proprio subiecto : vt Ponti-
ficij somniant : & reliqua eiusmodi qua-
doginata Transubstantiationis & realis
Inexistentiæ consequuntur.

Tertius error : quia in tota Scriptura nullum vñquam extat simile loquendi genus ex quo Transsubstantatio vel realis Inexistentia consequatur. Ferant *ergo*, si possunt. Nobis autem Christianis cum Scriptura loquendum est , neque vagandum per alienas absurdásque interpretationes.

Quartus error: quod istud Consequens
Pontificiorum manifeste repugnet expres-
sis verbis Apostoli quibus nominatim fa-
cit mentionem panis (ut alibi diximus)
Panis, inquit, quem frangimus nonne com-
munitio Corporis Christi est? Item: Sic de
pane illo edat &c. Quare oppono fal-
lissimo illi Consequenti hoc verissimum
Theotema.

Quicquid repugnat expresso verbo Dei,
falsum est.

Et quia falsa ex veris colligi non possunt
(ita dictante Analytica disciplina) certe,
Consequens illud quod est falsissimum, non
potest colligi ex Christi verbis quae sunt ve-
tissima. Quintus error: Quod à seipsis utri-
que dissentiant. Nam hæc verba de calice,
Hoc est Sanguis meus. quomodo ipsi sine tro-
po intelligant? Etenim demonstratum,
Hic, (sic enim conuertunt) necessariò ad ca-
licem refertur, ut sit sensus: Hic calix est
sanguis meus: quod nisi figuratè accipias,
ecce tibi noua ipsius calicis Transsubstan-
tiatio vel Consustantiatio. Rursus, apud
Paulum hæc verba (ut illi ipsi interpretan-
tur) *Hic calix nouum Testamentum est in meo*
sanguine, nemo unquam nisi figuratè rectè
intelliget. Idem dico de his verbis Pauli:
Panis est communio corporis: *Calix est com-*
munio sanguinis. Atque, ut, si fieri possit,
secum ipsi Pontificij consentiant quando-
quidem volunt accidentia panis & vini
esse Signa: si accidentia illa vocantur vel pa-
nis, vel corpus (ut quum illi dicunt Corpus
Christi frangi, quod plerique ad accidentia
referunt) quomodo id fieri sine tropo?

Quare adigamus ad incommodum super-
tius Consequens, hoc modo.

Si ex hoc loquendi genere *Hoc est corpus*
meum,

meum, Transsubstantiatio sequitur: Ergo itidem sequetur ex his verbis *Hoc est fædus meum, de Circuncisione.* Ad uer. Et quod perincommodè accidit Transsubstantiis, hoc loquendi genus valde conuenit cum his Pauli verbis: *Hic calix est nouum Testamentum in sanguine meo.* Itidem ex his verbis. *Hoc est transitus Domini de Agno paschali & consimilia non pauca, de quibus alio loco differemus.* Denique retorqueamus superiorem obiectionem cum suis circumstantiis.

Si verba Christi constanter ab Apostolis & Euangelistis commemorata sunt (ut illi agnoscant & merito) Ergo hæc Luke & Pauli verba *Hic calix est nouum Testamentum in sanguine meo*, eundem planè sensum habent cum illis Matthæi verbis: *Hoc est sanguis meus noui Testamenti:* & vi consequentis: quemadmodum in illis nulla esse potest Transsubstantiatio vel Consustantiatio, ita in his Matthæi Euangelistæ verbis nulla esse poterit.

Item: Si Christus locutus cum amicissimis, in loco priuato, in discessu, in Testamento condendo, & aliquid præcipiendo aperte loquutus est, & sine tropo (ut isti dicunt in suis coniecturis) Ergo Christus de Transsubstantiatione loquutus non est

202 DE SACRAM. MANDVCAT.
neque de Reali Inexistentia sive Consubstantiatione.

Consequentia patet: quia illa duo commenta *μελετιας* & *ιερωτιας*; adeò difficultia sunt & obscura, ut ne illis quidem sit cognita qui ea progenuerunt. Contrà si Christi verba facilia sunt. Ergo sunt intelligenda modo Sacramentali, quo nomen rei significatè signo tribuitur. Consequentia patet: Quia illud sacramentale loquendi genus est facile & in omnibus Sacramentis obseruari solitum. Quod si in hoc Sacramento & in his Christi verbis est aliquid singulare quod in reliquis Sacramentis obseruatum non sit, ut isti volunt, profectò verba Christi non erunt perspicitia. Nam vulgatum est: Quod præter morem & ordinem accidit, id nobis per se obscurius videri.

Item, Si Christus aperte locutus est: ergo locutus est figuratè. Tropum enim sive huius commentitium (sicut nonnulli nobis perpetram obiectant) sed loquendi genus quo res de qua agitur & facilius & significantius exprimitur ex ipsius rei natura. Nam alioquin sermonem Christi, ut verba sonant intelligentias, nihil difficilius excogitari possit. Testes sunt Capernaitæ his verbis, *Durus est hic Ierico: quis potest eum audire: Quinetiam Pontificij ut scilicet possint hæc verba Christi expone-*

exponere, necessariò ad Miraculum, & Consubstantiatores ad rationem supernaturalem, incognitam & incomprehensibilem, tanquam ad sacram anchoram refugiunt: & utriusque obiciunt Omnipotentiam Dei, quæ in rebus facilibus & perspicuis vrgeri non solet. Atque illi ipsi ut perspicua reddant haec Christi verba de Calice, *Hic est sanguis meus*, dicunt nomine *Calicis*, contentum in calice significari, quam locutionem esse figuratam satis est manifestum. Item si in discessu, Christus apertè locutus est, (ut affirmant) ergo verba Christi ad ista commentata referri non possunt. Nam si ea locum habent, Christus igitur non discessit, quippe sub accidentibus panis perpetuò vel in Pontificio altari: vel in pixide, vel realiter In, Cum, sub pane delitescens.

Sed iam nobis ad Christi verba proprius accedendum est.

Primum omnium profitemur, nos sacro-sancta illa verba ex animo revereri: nec ullo modo de eorum veritate dubitare. Nam credimus in S. Domini Cœna, Christum nobis suum corpus & sanguinem, sequere adeò ipsum (ne posthac isti nobis obiciant nos loco Rei, vñsum, beneficia & fructum reponere) Christum, inquam, ipsum sese vna cum suis denis ac meritis donare, vera fide per efficacitatem Spiritus Sancti recipiendum

G.iiij.

in vitam æternam. Neque tamen propterea possumus istam interpretationem admittere, quā isti volunt Christi verum & essentiale corpus verè & realiter existere In, Cū, Sub Pane vel Sub Accidentibus Panis.

Controuersia igitur imprimis est de modo tum Exhibitionis tum Receptionis. Illi dicunt essentiale Christi Corpus Realiter præsens in terris & existens In, Cum, sub Pane vel sub panis accidentibus exhiberi nobis & à nobis sumi ipso Ore corporis nostri. Nos autem affirmamus Corpus Christi verum & essentiale in cœlo existens nobis in terris existentibus verè exhiberi & à nobis Recipi fide, per operantem in animis nostris Spiritum Sanctum, quandoquidem ea vis est, Spiritus Sancti, & ea Fidei natura, ut nullis possint locorum interuallis impediri.

Vt igitur euertamus superius aduersariorum connexum & Consequens de Reali illa Inexistentia Corporis Christi, duo nobis videntur esse præstanta. Primum refellenda est eorum interpretatio: Deinde nostra firmissimis rationibus confirmanda.

Illorum interpretationem state non posse ut probemus, proferimus hoc Theorema Theologicum ab omnibus ὁμολογουμένως receptum: quippe quod nitatur τῆς σωτηρίας Scripturæ, quia est θεοτεούσιος: ac proinde sibi perpetuò constans & consentanea.

Omnis

Omnis Interpretatio quæ pugnat cum apertis Scripturæ locis & cum ipsa Fidei Analogia: ac proinde conflictatur grauissimis incommodis est reiicienda. Est enim *ad hanc*.

Istorum interpretationem esse eiusmodi iam ante à nobis demonstratum est in capite superiori proximo, quum eorum errores incommodis vrgeremus quorum summa hic paucis videtur esse repetenda.

¹ Ex istorum interpretationibus sequeretur Christi Corpus non esse verum ac naturale Corpus: quippe quod simul esset in cœlo, & in terra: in loco, & in locis simul, contra naturam veri corporis.

² Sequeretur, non tantum non esse Corpus, sed esse totum aliquod *avator* & simplissimum *avator* in infinitis locis simul. Nam constat ex eorum doctrina Christi Corpus ubiquecumque est, ibi esse totum: alioqui esset diuisum, aut plura essent corpora.

³ Sequeretur, Corpus Christi esse varium ac multiplex: adeoque sibi ipsi contrarium. Esset enim simul in cœlo Circumscripsum, & visibile: Et in Pane vel sub Panis accidentibus Inuisibile & Incircumscripsum. Nam inane est quod illi excipiunt, modum & rationem istius Inexistentiæ esse cœlestem & spiritualem. Etenim, præterquamquod illud *avatorum* dicitur,

citur: Verum Corpus existere spiritualiter:
 vt si quis dicat, Spiritum esse præsentem
 Corporaliter: certe nec Panis ipse, nec eius
 Accidentia possunt esse subiectum ~~spiritus~~
 Spiritualis illius præsentiae Christi, De qua
 Christus dixit, *vobis* *sum* *usque* *ad* *con-*
^{Matth. 28}
^{Ephes. 3.} *summationem* *seculi*. Et Paulus dicit *Christum*
esse in nobis. Nusquam autem legas, vel
Christum, vel Chististi **Corpus** esse In Pa-
 ne, vel cum pane, vel sub ipsius Acci-
 dentibus: sed In nobis & nobiscum. Enim
 uero ea est rerum spiritualium natura ut
 sunt obiecta fidei nostræ, non oculorum:
 quorsum igitur Realis illa præsentia cor-
 poris, si Corpus Christi non videtur, &
 si sensus externos non moueat? Denique
 quoties isti dicunt Corpus Christi esse rea-
 liter præsens, sine præsentia Corporali,
 & sine proprio existendi modo, toties di-
 cunt Præsentiam non præsentiam Cor-
 poris non corporis: id quod constare po-
 test ex ipsorum vocabulorum definitione.

3. Sequeretur, Sanguinem Christi esse
 separandum ab eius Corpore (vt iam a-
 libi diximus) quod absit. Consequentia
 patet: sic enim Christus: Hoc est sanguis
 meus qui pro multis effunditur in Remis-
 sionem peccatorum. Si ergo ille ipse San-
 guis qui fusus est, Realiter est præsens: cer-
 te est à Corpore separatus: aliter enim fun-
 di non

di non potuit: alioqui erit Sanguis fusus
& non fusus simul.

Crassæ est, inquiunt, hæc cogitatio. Respondeo hunc esse fructum crassæ illius interpretationis, quam proponunt: sic autem absurdæ absurdis ex legibus rectè differendi conuincenda esse. Absit autem ut vel Corpus Christi exangue, vel Sanguinem Christi sine ipsius corpore constitua-mus. Christus enim totus est, totusque in æternum viuens.

4. Sequeretur, Memoriam esse rei Præsentis: Itemque rei præsentis aduentum expectari. Sic enim Matthæus, *Hoc facite in mei memoriam* Et Paulus, *Moriem Domini annuntiatis donec veniat*. Atenim, inquiunt, finis non tollit rei substantiam. Sit ita sanc-tus, sed nihilominus rei memoria cum eiusdem rei præsentia stare non potest: ne præsens tempus cum præterito confundatur. Rur-sus, Agit Paulus de aduentu nouissimo, inquiunt: quod & nos agnoscimus: nec nullum aliud humanæ Christi naturæ aduentum expectamus: quippe ab Angelis edocti Christum aspectabiliter venturum de cœlo quemadmodum aspectabiliter ad cœlum ascendit. Item Christum ipsum audientes: *Siquis vobis dixerit: ecce hic Christus aut hic: ne credite. Si dixerint vobis: ecce in deserto est: ne egredimini: ecce in Conclauibus: ne credite.* Sicut

*Matth. 26
1. Cor. II.*

A&t. I.

Matth. 24

enim fulgur exit ab Oriente: & appareat usque
 in Occidente: ita etiam erit aduentus Filiij
 hominis. Denique à Petro admoniti, fo-
 re, ut cœlum capiat Christum usque ad
 tempus nouissime instauracionis: de quo
 postremo loco à nobis alibi aduersus Vbi-
 quitarios disputatum est. Nam quod non
 nulli ex Pontificiis malunt interpretari
 dicitur Excipere, ne Corpus Christi in
 cœlo tantum esse videatur, plusquam pue-
 rile est: loquitur enim Petrus de loco cœle-
 sti in quem Christus receptus est, non
 quod hic: vel ibi in cœlo Christum alli-
 gatum esse velimus, vel certum in cœlis
 locum ei assignemus (de quibus rebus
 præstat tacere cum Scriptura quam cu-
 riosius disquirere) sed quia cœlum ip-
 sum, tanquam locus nobis assignetur,
 ubi realiter existet & continebitur huma-
 na Christi Natura, ad nouissimum usque
 diem: quæ Petri verba isti prætermittunt.
 Præterea miror cur isti nolint Christi Cor-
 pus in cœlo contineri, quum non dubitent
 affirmare illud ipsum Corpus sub acci-
 dentibus Panis contineri. Quid? contine-
 bitur sub Panis specie & non continebi-
 tur in cœlo? En quod prorumpat Mona-
 chorum impudentia.

5. Sequeretur, Apostolos manducasse
 Corpus

Corpus passibile & mortale , si τὸ πντὸν
præcise vrgreas. Sic enim Christus , Cor-
pus quod pro vobis traditur : Sanguis qui pro
vobis funditur. Et Paulus , Corpus quod pro
vobis frangitur , inquit : Nos vero Cor-
pus Christi glorificatum , Immortale &
Impassibile manducare. Ex quo efficere-
tur , Cœnam Domini quam celebramus
esse valde dissimilem ab ea domini Cœna
quam Apololi participarunt , contra hæc
expressa Christi verba . Hoc facie , in-
quit. Nam quod illi respondent , curio-
sum esse querere mortaléne Corpus an
immortale Christus dederit , vanum est
diuerticulum neque hoc modo obiecta in-
commoda dissoluuntur.

⁶ Denique sequeretur , non audien-
dos Scripturæ locos quibus iubemur Chri-
stum in cœlo contemplari : & vis ipsa Fi-
dei iaceret , quandoquidem non iam sur-
sum eueheretur fides , sed in terram sub-
panem aut sub Accidentia panis deprime-
retur. Quid quod Deum ipsum omnipræ-
sentem & Infinitum & qui cœlum & ter-
ram continet non sub terrenis elementis ,
sed in cœlo ipso contemplari imprimis &
querere iubemur?

Ex his & plerisque aliis consumilibus in-
commidis , cuius perspicuum esse potest

Coloss. 3.
Phil. 3.

Math. 6.
& 15. 18.
Luc. 11. &
cxi.

IIIO DE SACRAM. MANDVCA T.

istorum interpretationem de Reali Inexistētia pugnare cum expressis & clarissimis Scripturæ locis , maximis , grauissimis , iisdemque ἀλύτοις incommodis conflicta-ri : adeò ut à Theologis omnibus sit reii-cienda.

Præterea quémadmodum illa ipsa inter-pretatio non est ἀνάλογος fidei : ita nec est ἀνάλογος contextui & illis verbis de quo-rum interpretatione agitur. Nam verbum E s t , quod isti imprimis vrgent , neque si-gnificat Transsubstantiare , neque Consu-bstantiare , neque Inesse , neque Subesse , qué-madmodū nouo quodā modo illi verba hęc Christi interpretantur : adeò ut quum ipfi ὅρητον vrgent , sua ipsorū verba pro Christi verbis substituant. Porrò ipitorum interpre-tatio non conuenit eius rei naturæ de qua agitur : quandoquidem ea est natura Sa-cramenti , vt fides nostra ex rebus visi-bilibus commonefacta , confirmatāque sur-sum ascendat ad rerum cœlestium contem-plationem : quum tamen ex istorum inter-pretatione fides debeat rebus externis , nem-pe Pani & vino vel panis vinique acciden-tibus adhærescere .

Ex quibus omnibus satis constat istorum interpretationem esse reiiciendam ; qttum nec fidei nec contextui sit ἀνάλογος & re-pugnat ipsius Sacramenti naturæ . Iam ergo nobis

nobis vera verborum Christi interpretatio
inuestiganda est.

Primum autem substernamus hoc Theo-
rema Theologicum pendens à superiore
quod iam à nobis positum est.

Omnis interpretatio Scripturæ ex locis
consimilibus eiusdem Scripturæ petenda est.

Huic Theoremati plerique omnes assen-
tiuntur tūm veteres tum Recētores Theo-
logi: quippe , quām eius veritas nitatur ip-
sis Scripturæ τυωαληθείᾳ, quemadmodum
antè diximus. Ex hoc igitur Theoremate
nostram disputationem ita dirigamus. Affir-
mamus nusquam in Scriptura reperiri simi-
le loquendi genus, quod sit de duabus simul
naturis & essentiis vel de alterius naturæ
nudis accidentibus propriè & κατὰ τὸ φύτον
intelligendum. Ferant illi εἰσαγωγὴν si possint.
Nam quod nonnulli autumant, Enuntiatio-
nem verborum Christi esse singularem , &
quæ non possit aliter intelligi quam ipsi ex-
ponant: mera est petitio principij, cui si lo-
cus detur, nihil iam ab erroribus & cominē-
titiis interpretationibus tutum esse poterit.

Hæc sunt igitur Christi verba quæ Impri-
mis vrgentur ab Aduersariis H o c e s t
C O R P U S M E V M. De Pronomine, *Hoc*,
iam suprà egimus aduersus Pótificios. Quia
verò Consustantiatores variant in exposi-
tione huiuscce Pronominis , ea de re aliquid
nobis dicēdū est. Nōnulli nobis assentiuntur,

Pronomen *hoc*, esse de pane intelligendum: verū affirmant, non idem esse, *Hoc est corpus meum*, vt si diceretur, hic panis est Corpus meum. Nam, inquiunt, Panis suā essentiā non est Corpus Christi. Sed hæc ratio valde friget, & nihil aliud quām principium petit: quasi verò necesse sit, quoties usurpatur verbum *Est*, toties rei essentiam significari: quum potius identidem in Scriptura Signis accommodetur. Porrò, si *Hoc*, de Pane intelligunt, perinde est igitur *hoc*, atque, hic Panis, vel ex ipsis Grammaticæ legibus, quas illi nobis obiiciunt. Nam demonstrativa particula resoluenda est in id quod demonstratur, alioqui nunquām possis recte ēp̄cip̄ere. Constat autem ex ipsa narratione Euangelica, Panem fuisse acceptum, fractum, & datum discipulis, quum Christus illis diceret: *Hoc est corpus meum*, ex quo efficitur, Panem ipsis fuisse demonstratum. Quod si dicas, Christi Corpus fuisse demonstratum: Ita igitur erunt resoluenda verba Christi, Corpus meum, est Corpus meum. Ex quo Enuntiato videant illi numquid possint colligere ad sententiam suam confirmandam. Alij igitur ex Consustantiatoribus malunt pronomine *Hoc* vtrunque fuisse demonstratum vnum ad sensum, alterum ad intellectum. Verumenim-

tamenimvero id repugnat ipsis Euange-
 llistarum verbis, in quibus nulla Corporis
 mentio nec demonstratio antecessit. Esset
 autem perabsurdum dicere, Christum effe-
 cisse suum Corpus καὶ τὸ πνεῦμα nihil dicendo,
 & nihil demonstrando: deinde si duo hæc si-
 mul demonstrarentur quandoquidem sunt
 plusquam toto genere differentia, nempe
 Panis & Corpus Christi: certè non *Hoc* sed
Hec dicendum foret, nomine multitudinis:
 alioqui οὐκ ἀράγοντες, aut esset Impanatio &
 vno Hypostatica Panis & Corporis Christi:
 aut esset aliquod totum, quod neque panis
 esset, neque corpus, sed aliquid ex pane &
 corpore compositum, tanquam ex partibus.
 Denique ex istorum sententia, ita verba
 Christi resoluenda essent. Panis & Corpus
 meum, est Corpus meum: quo nescio an
 quicquam dici possit absurdius. Quamob-
 rem ita suadēte atque adeò cogente rei ve-
 ritate, ita statuendum est. Non aliter resolui
 posse verba Christi, quām si ita diceret: Hic
 Panis est Corpus meum: quæ quidem enun-
 tiatio non est loci Enuntiatio. Nec enim ita
 Christus enuntiat. Corpus meum est In
 hoc Pane, aut Cum hoc Pane, aut Sub hoc
 Pane, aut sub huius Panis accidentibus: Ed
 enim redeūt omnes istorū interpretationes.
 Atenim hæc vocabula, Panis, & Corpus non
 locū sed substantiā significant propriè, &
 καὶ τὸ πνεῦμα. Ex quo efficitur, primam Sub-

H. j.

stantiam de prima Substantia prædicari, vtrique n. erat τόδετι singulare certum, definitum, extra mentem existens: non autem aliquod Individuum vagum & indeterminatum, vt Pontificij somniant. Subiiciamus igitur hoc secundum Theorema Theologicum ab omnibus ijs probatum, qui ratione & ratiocinatione prædicti sunt.

Quotiescumque prima substantia de alia prima substantia prædicatur in Scriptura, eiusmodi enuntiatio est figurata. (Primam autem substantiam dicimus τόδετι & Individuum singulare reuera extra mentem existens).

Huiuscemodi Theorematis veritas latissimè patet, & est omnibus perspicua qui vel tantulum fuerint ipsis τέσσαρα παιδέας primordiis instituti. Nam ne ipsa quidem secunda Substātia, quę est ναθ' ὄλε, potest, nisi figuratè de alia secunda substantia prædicari, si genere differant. Quantò id igitur magis dicendum est in hoc Enuntiato, ubi Individuum extra mentem re ipsa existens: & vnum ab altero longissimè & plusquam toto genere differt, nempe Panis & Corpus Christi? Sed enim quia in campo Theologico versamur: probemus Theorema nostrum Inductione commemorandis Scripturæ locis hic spectantibus.

I. Cor. 10. *Petra erat Christus. Ecce Agnus ille Dei*
(quum

(quum Christum Ioannes demonstraret; pe- Ioan. 1.
tinde enim est ac si Ioannes diceret; hic est
Agnus Dei)

Ioannes est Elias.

Ego sum stella.

Ego sum vitis vera.

Vos estis templum Dei.

Matth. 11.

Apoc. 22.

Ioan. 15.

I Cor. 3.

Iud. 1.

Isti sunt stellæ erraticæ. Et consimilia permul-
ta. Ex quibus nostri Theorematis veritas elu-
cescit; tum ex scientia peritè differendi: tum
ex vsu loquendi Scripturæ, à qua, ceu vera
atque vnica cynosura, si deflectamus, fieri nō
potest quin incurramus in grauissimos erro-
res quemadmodum istis cōtigit, qui per In-
diuidua vaga vagati, quam in Scriptura pe-
dem figere maluerunt. Ecquis enim patien-
ter audiat vel panem, vel panis accidētiaesse
verè ipsum Corpus Christi.

Nam quod quidam obiicere solent hæc
loquendi genera: hoc est Alsaticum, hoc est
Rhenanum (nempe vinum) Itémque, hoc est
ignis, de candente ferro: vel ut alij (quib. ma-
gis aurum placet) proferunt, Hoc est aurum,
demonstrato marsupio: illa ne responsione
quidem digna sunt: quippe quum nihil illis
sit cum sanctissimis Christi verbis commu-
ne. Hæc enim loquendi genera designant
terum crassarum terrenarūmque cōiunctio-
nem, earūmque existentiam in subiectis con-
uenientibus & dentibus, quæ quidem con-
iunctio non efficitur ex illis verbis: sed verba

*Aduersa-
rioris inter-
pretationes
& simili-
tudes refel-
luntur.*

significant coniunctionem illam iam antea factam. Nec enim vinum est in poculo, ed quod dicitur, hoc esse vinum: sed illud dicitur quod iam erat. At in verbis Christi, vos contenditis Corpus Christi esse in Pane vel sub specie panis, vi verborum Christi. Atenim si vestra similitudo valeat, sequeretur Corpus Christi fuisse in Pane vel sub Accidentibus panis ante ipsa verba: ac proinde non vi verborum Christi. Ceterum, hoc simile non conuenit cum eo quod dicitis, hanc Corporis Christi inexistentiam esse supernaturalem & incomprehensibilem. Quid quod etiamnum aliter vos ipsis sententiam vestram euertitis? Nam ex illis ipsis vestris similitudinibus efficio, Enuntiatum de quo disputamus, figuratum esse: quia superiora illa loquendi genera per Metonymiam usurpantur: in qua duo requiruntur, nempe continens & contentum: quae utraque vera sint (non autem nuda accidentia sine subiecto, quas Metonymias Monachis relinquimus ipsis rerum naturae incognitas) atque vobis ita concludentibus, sequeretur: Corpus Christi reuera continentiri & definiri In Pane vel sub accidentibus Panis, ac proinde non esse alibi, vt iam docuimus, ex propria significatione verbi Continenti quum de corpore dicitur. Denique ista similia non respondent sententiæ Consubstantiatorum. Nulla est enim Metonymia quemquam efficere possit hoc loquendi

li genus: hoc est vinum, id est, vinum est In-
cum, & Sub hoc poculo.

Quod autem nonnulli malunt esse Sy-
necdochen, ineptissimum est. Nam vinum
non est pars poculi, nec poculum pars Vini:
nec sunt simul tanquam partes totum ali-
quod constituentes. Item Cœna D. non est
Totum aliquod compositum ex pane & cor-
pore Christi tanquam ex partib. totum ~~ex vno-~~
~~hac~~ constituentibus. De ferro candente, si-
mile ineptum est. Nam ille ignis in ferro, nō
est substantia, sed Accidens in subiecto. Ac-
cedit enim & recedit citra subiecti interi-
rum. Deinde longè verius dicitur, hoc est
ferrum, quām hoc est ignis: ne mihi dicendū
sit ea ratione ferrum ignitum vocari Ignē,
quia sensus exteriores ita afficiuntur ab Ac-
cidente Ignis & eius operatione: quæ omnia
ab istis allata quām aliena sint à ~~ταῦτα~~, fa-
cile intelligi potest.

Sic etiam instant: quemadmodum in hoc Luc. 5.
verbo *Remittuntur tibi peccata*, Remissio pec-
catorum non figuratur, sed includitur reali-
ter & exhibetur: ita his verbis, *Hoc est cor-
pus meum* realiter includitur Corpus Christi.

Respondeo peccatorum remissionem nō
includi tribus illis vocabulis (non enim vo-
cabulis peccata remittuntur, sed gratiâ Dei
per Iesum Christum, qui factus est propitia-
tio pro peccatis nostris, ut ait Apostolus) nec 1. Ioan. 2.
exhiberi auribus, sed animo credentis, qui

non vocabula, sed rem vocabulis significatam vera fide apprehendens, obtinet Remissionem peccatorum. Quid enim si quis tibi domum aut fundum donauerit, censesne dominum ipsam aut fundum includi realiter in vocabulo Donandi? Quid quod illi ipsi mutant sententiam? Nam si huic obiectioni eras, non iam dicendum erit, Corpus Christi esse In, Cum, Sub pane, vel sub Accidentibus Panis, sed esse In, Cum & Sub his verbis *Hoc est corpus meum*: Et quia verba non ore percipiuntur, sed auribus, euanuit igitur Oralis illa Manducatio, & iam dicenda erit Auralis. Quamobrem, ita retorqueamus hanc obiectionem: Quemadmodum haec verba Christi remittuntur tibi peccata, Paralyticus auribus percepit, Rem autem illis verbis significatam, nempe Remissionem peccatorum, animo & vera fide amplexus est (habuit enim remissionem peccatorum, non quia Christum loquentem audiuit, sed quia in Christum loquentem credidit) ita in Cœna Domini sacra Symbola Corporis & Sanguinis Christi ore quidem sumimus, sed rem sacris illis Symbolis significatam, hoc est Corpus & Sanguinem Domini, non ore corporis, sed ore animi, nempe vera fide manducamus & bibimus in vitam æternam. Atque omnino proposita illa similitudo aliena est: Nam Remissio non est aliquid corporeum, nos vero de præsentia corporis disputamus.

Sed

Sed aliud etiamnum obiiciunt, In præceptis tropos non esse admittendos. Respondeo: primum, hæc verba Christi hoc est Corpus meum (à quibus ex istorum sententia, manat vis realis præsentia corporis Christi) non esse præceptiua, sed Enuntiatiua: nec aliquis vñquam dixerit, ex his solis verbis Accipite, Comedite, posse colligi realem illam præsentiam. Verum enim uero proprius id dispiçiamus quod obiiciunt: In præceptis inquiunt, Tropos Scriptura non admittit. Ita ne vero? Quid igitur hæc sibi volunt?

Cauete a fermento Pharisaorū: inquit Christus: Circuncidite preputium cordis vestri: inquit Moses. Seminate vobis in Iustitia. Soluite nodos iniquitatis. Scindite corda, non vestimenta, inquiunt Prophetæ. Expurgate vetus fermentum ut sitis noua confpersio, inquit Paulius. Assume meum iugum super vos, inquit ille ipse Christus: adde quæ dicuntur de oculo eruedo, de abscindenda dextera, de tollenda cruce & sexcenta id genus. Sit igitur prior hic error superioris obiectionis, Φευδοχεάφημα, quod nos & copia & pondere της ἀνταστατικής obruiimus. Alter error, quod Sacra menta confundunt cum nudis præceptis. Etenim Sacra menta atque imprimis Novi Testamenti, sunt amplissima testimonia & sigilla promissionum gratiæ Dei, Remissionis peccatorum & vitæ æternæ. Quare subiiciamus hoc Tertium Theorema Theologicum cum

H. iiiij.

Math. 16

Deut. 10.

Ierem. 4.

Ose. 10,

Es. 58.

Ioel. 2.

1. Cor. 5.

Matt. 5. & 2.

II. & 16.

&c.

duobus superioribus conueniens.

Nullum Sacramentum sine tropo plenè explicari & intelligi potest.

Atque id nobis probandum est primùm ratione, deinde Scripturæ locis. Ratio petitur ex natura & λόγῳ Sacramenti, quod vulgo definitur esse rei sacræ visibile signum. Itaque si verba in Sacrementis usurpata nudè & simpliciter tantum intelligantur, non erunt Sacraenta: quia res externæ per se considerabuntur duntaxat, ac proinde non erunt Signa. Nam signum est εν τοις ρημασι τινι & Sigillum. Est igitur referendum ad aliud, nempe ad Signatum, quæ quidem ratio sine vocabulis figuratis recte intelligi non potest. Itaque qui dicit Sacraenta sine Tropo esse intelligenda, ille dicit Sacramentum non esse Sacramentum, quia tollit signum sine quo Sacramentū non est. Iam sat tis constat Tropos non esse in Rebus sed in Vocabulis. Ex quibus eluceat nostri Theorematis veritas.

Sed iam percurramus ipsa Sacraenta & Scripturam de Sacrementis agentem audiamus.

In Circuncisione, si Veteres verbum Circuncidendi pure & simpliciter intellexissent,
 Deut. 10. non fuisset Sacramentum. Sed admonebantur illo exteriore signo, cor esse circuncidendum: quod sine tropo intelligi non potest. Huc spectant quæ saepe occurunt in
 & 30. Jerem. 6. Scri-

Scriptura De corde circuncidendo: De præ- Ezech. 44.
 putio cordis, De incircuncisis corde & auri- Act. 7.
 bus: Et hæc præclara apud Apostolum: Ea Rom. 2. 5
Quæ est, inquit, circuncisio in proposito in carne,
non est Circuncisio, sed Circuncisio cordis. Et quæ
 afferri possunt in illam sententiam. Atque
 hæc de Circuncisione quam sine tropo vete
 res non intellexerunt.

Idem dico de Agno Paschali, Paulo ipso 1. Cor. 5.
 locupletissimo interprete hisce verbis: *Pas-*
cha nostrum pro nobis sacrificatum est, nempe Chri-
stus itaque festum celebremus, non fermento vec-
nii, nec fermento malitiæ, sed non fermentatis pa-
nibus sinceritatis & veritatis. Similiter Ioannes Ioan. 19.
 id quod de illo Agno scriptū erat, *os non con-*
fringetis ex eo, ad Christum retulit. Ex quo fit,
 vt apud Apostolum, Moses dicatur fide cele- Heb. 11.
 brasse Paschæ, ne qui primogenitos perime-
 bat, attingeret Israëlitæ. Fides igitur Mosis
 & piorū veterum non substituit in Sacrificio
 & Mandatione visibili Agni Paschalisi: sed
 iam tum fide spectabant, eum venturum, quæ
 Ioannes præsentem demonstrauit, affirmata
 uitque esse Agnum illum Dei, qui peccata
 Morte sua expiauit. Quinetiam Dominus i- Exod. 12.
 pse sic locutus est de sanguine illius Agni: *E-*
rit vobis, inquit, Signum (vt postea explicat.)

In aliis Sacramentis Veteris Testamenti
 non ero longior: hoc enim nobis debet suf-
 ficer quod ait Paulus: *Patres nostros eandem* 1. Cor. 10.
escam manducasse, & eundem potum spiritualem

bibisse. Eandem, inquam, nobiscum, ita exponentibus plerisque omnibus Veteribus: non (ut quidam exponunt) inter se tantum. Id quod manifestè patet tum ex mente Apostoli & serie contextus, tum ex nomine Christi & ex verbo Baptizandi illuc usurpatis: ac propterea Paulus vocat escam illam & potum illum spiritualem. Quemadmodum enim in Cœna Domini, propositis sacris symbolis, videlicet Pane & Vino, docemur Christum esse perfectissimum animarum nostrarum alimentum: ita illa ipsa doctrina proponebatur Israelitis in Manna & in Aquæ ex Petra profluxit. Falluntur ergo qui aduersus nos sic disputant. Si omnes Israelitæ cibum spiritualem, hoc est Christum manducauerunt, inde sequi improbos etiam Christum manducare, in Cœna D. quod tamen nos vehementer negamus. Nam illis imposuit falsa interpretatio vocabuli Spiritualis, quod intelligunt de ipso Christo, quem Paulus ita appellat Manna & Aquam rupis: nimicrum quatenus erant venturi Christi Sacramenta, non autem corporalia tantum alimenta. Huc adde quæ Apostolus ad Heb. 8.9. Hebræos copiosissimè differuit de Veterum Sacramentorum & ceremoniarum vera significacione. Nec enim dubium cuiquam esse potest quin fideles Israelitæ vetera Sacramenta celebrantes, animos ab rebus significatisq; visibilibus ad res ipsas significatas traduxerint.

rint. Atque hæc de Sacramentis veteris Testamenti.

Iam ut de Noui Testamenti Sacramentis agamus, Baptismum non intelligimus sine Tropo: quippe Paulum audientes affirmantem, *Quotquot baptizati sunt eos Christum in- duisse: in mortem Christi fuisse baptizatos: per ba- ptismum cum Christo consepultos esse, &c.* Quintam Petrus ait *nos seruari per Baptismum, non* *quo sordes carnis abluuntur: sed quo Christum pro nobis a mortuis excitatum certam conscientiam ample- dimur.* Id quod Christus Regenerationis vocabulo satis expressit. Quæ quidem omnia superiora loquendi genera sine Tropo intelligi non possunt.

Superest S. Cœnæ Domini Sacramentum, cuius verba ex iis quæ antè diximus, affirmo, rectè intelligi sine tropo non posse. Est enim Sacramētum: nec vlla ratio affirri possit cur violetur ipsa ratio & natura Sacramenti: nec obseruandus sit ille loquendi usus quem videmus in reliquis Sacramentis obseruati. Nam quod isti solent processare id ipsum defagimus, & quod inter nos controuersum est afferre, iam antea inanem illam Principij petitionem eiecumus. Quid? qui aiunt non licere hoc Sacramentum Cœnæ Domini ex aliorum Sacramentorum natura & ex usu loquendi Scripturæ potius exponere, quam ex humanis somniis & commentis: certe verissimè in illos quadrat quod aliquis dixit,

hanc esse non scientiam, sed litigiosam igno-
 rantium. Audiamus potius Paulum ita utrum
 que Sacramentum sanctissimè & verissimè
 coniungentem. *In uno spiritu nos omnes in u-*
¶ *Cor. 12.* *num corpus baptizati sumus, siue Iudei, siue Greci, siue serui, siue liberi: & omnes in unum spiritum*
potati sumus. Quare si dari ratio non potest,
cur in rebus simillimis & quarum idem est
objec̄tum, idem fundamentum, idem finis,
tanta dissimilitudo constituatur, cur Tropū
illi admittunt in Baptismo, si Cœnam Domini
sine ullo tropo intelligendam esse conten-
dunt? Quid si Tropum non admittunt in Ba-
ptismo (nam ex iis nonnullos huc propemo-
dum accedere video) censentne verum Chri-
sti Sanguinem aut Spiritum S. animas nostras
Christi sanguine abuentem esse in Aqua,
cum Aqua, vel sub Aqua? si id existimat:
cur ergo tantopere in Cœna Domini vrgēt
τόπον, quandoquidem nusquam extat hoc
loquendi genus de Aqua, Hoc est sanguis
Christi: vel, Hoc est Spiritus S. Rursus quo-
modo Spiritus S. est præsens In, Cum, Sub
aqua in Baptismo? num præsentia essentia
qua ubiq; est, quia est Deus: sed quid hoc ad
peculiare Mysteriū? Num præsentia gratiae?
 At Paulus id nō patitur Seruavit nos, inquit,
 per Ianacrum Regenerationis: & Renovationis
 Spiritus S. quem effudit in nos copiose per Iesum
 Christum Seruatorem nostrū, &c. In nos, inquit,
 non in Aquam, quippe quum aqua non sit
 Subie-

Subiectū d'entīnōr præsentia gratiæ Spiritus S. Nec enim aqua regeneratur, sed homines. Ergo quemadmodum Aquæ ablutio est exterior, ita ablutio sanguinis Christi per Spiritum S. est interior. Recte enim Ioannes: *Lauit nos à peccatis nostris per sanguinem suum.*

Apoc. 1.

Qui verò tantam dissimilitudinem inter Baptismum & Cœnam Domini constituunt, proferant igitur aliquam causam, cur minus sit spiritualiter Renasci, quam spiritualiter Nutririri: ne mihi sit cōfirmandum quod paſsim extat in Scriptura: atq[ue] ſtillam Coniunctionem cum Christo, adeoque vitam æternam non m:ius Baptisimi, quam Cœnae Domini finem & uſum eſſe.

Rom. 6.

Ephes. 5.

Coloff. 2.

Galat. 3.

Tit. 3. &c.

Verūm age, progrediamut etiam ulterius & Sacramentum Cœnae Domini sine Tropo & figurata locutione explicari & intelligi non posse probemus ex circumstantiis ipsis locorum Scripturæ, in quibus de hoc Mysterio agitur, quas circumstantias nos ita sigillatim recensemus.

I. Quum Christus (licet expressè nō faciat mentionem Cœnae D.) Rem ipsam quæ nobis in S. Cœna proponitur nobis explicaret, & Capernaitæ sanctissimam illam concionem de Manducanda Carne & de Bibendo Sanguine Christi perhorrescerent, quippe ipsa vocabula simpliciter, propriè & sine tropo intelligentes: tum Christus, *Spiritus est qui uiuificat, Caro non prodest quicquam, verba*

Ioan. 6:

que loquor vobis spiritus sunt & vita sunt. Que quocunque tandem modo exponantur, certè nos abducunt à simplici propriáque verborum significatione, quod quidem sine Tropo fieri non potest.

Matt. 26 2. Quum Matthæus commemorat sancti huiusc Mysterij institutionem, ait Christum ita de Poculo dixisse: Bibite ex hoc omnes, hoc est enim sanguis meus Novi Testamenti quod pro multis effunditur in Remissionem peccatorum. **Luc. 22.** Lucas autem & Paulus ita recitant **x. Cor. II.** verba Christi *Hic calix est Nouum Testamentum in sanguine meo, qui pro vobis effunditur.* At qui illi omnes rem vnam eandemque dixerunt: quum dictante Spiritu S. nobis illa scriptis tradiderint. Ex quo efficitur, hæc duo iacturam & æquipollere, *Hoc est sanguis meus Novi Testamenti: Et, Hoc est Nouum Testamentum in sanguine meo:* quod sine Tropo fieri, quis vñquam dixerit? Quod si vñum non possit dici Nouum Testamentum, nisi Tropus admittatur: & Panis nulla alia ratione dicitur Corpus quam eâ quam vinum dicitur sanguis, efficitur, in Christi verbis tropum necessariò subesse.

Nova interpretatione horum verborum, In sanguine meo, refellitur. Sed antequam pergo reliqua commemo-
rare, nobis refellenda est nonnullorum inter-
pretatio, quâ Pauli & Lucæ aliqui clari-
fissimis verbis libenter velint tenebras of-
fundere. *In sanguine meo,* hoc est inquiunt,
Cum sanguine meo. Nam quod Matthæus &
Mar-

Marcus Græca Phrase dixerunt, hic est sanguis meus Novi Testimenti, Lucas & Paulus hebraica phrasē dixerunt, hoc poculum Novum Testamentum est in Sanguine meo, hoc est, Cum sanguine meo: Hæc illi. Verum enim uero in his verbis: *Hoc est sanguis meus Novi Exod. 24: Testamenti*, cur dicant Phrasin esse Græcam Heb. 9. non video quum apertè illa phrasis extet apud Mosen his verbis *Ecce sanguis fœderis:* quæ verba sic Apostolus interpretatus est *Ἐπει τὸ αἷμα τοῦ σταθμῶν*. Ad phrasin autem hebraicam quod attinet, fateor literam Beth apud Hebreos, vulgo exprimi his particulis In, Et, Cum, sed ita, ut simplex coniunctio non sit intelligenda, sed potius significetur causa, ratio, modus, instrumentum atque omnino *συνάρτησις* rei alicuius. Sic enim intelligendi sunt sequentes loci: *Non seruatur Rex in multo exercitu. Omnia possum in Christo quis me corroborat: & sexcenti loci consimiles.* Atque ut ad Pauli & Lucæ verbā de quib. dis- Phil. 4. putatur proprius accedamus sic alibi Apo- Ephes. 2. stolus *Iustificari in sanguine ipsius seruabimur* Ephes. 1. ab ira per ipsum. Propinquifacili est is in sanguine Christi. Quod alibi idem Apostolus dicit per Coloss. 1. sanguinem *ἡ τὸ αἷμα τοῦ*, quemadmodum etiam exponenda sunt illa apud Apostolum Heb. 10. Qui conculcarit sanguinem in quo fuerat sanctificatus, id est, per quem, ut ille ipse exponit postea: ut sanctificaret populum per proprium sanguinem *ἡ τὸ id ī αἷμα τοῦ*. Sic etiam intel-

Psal. 33.

Phil. 4.

Ephes. 2.

Ephes. 1.

Coloss. 1.

Heb. 10.

Heb. 13.

Zach.9. ligenda sunt quæ sequuntur. Seruaberis in san-
 Apoc.1.& guine fœderis sive Testamenti: Laut nos à pec-
 5.& 7. catis nostris in sanguine suo: Redemisti nōs Deo
 in sanguine tuo. Lauerunt stolas suas ac dealba-
 runt in sanguine Agni, & consimilia permul-
 ta. Ex quibus facile intelligitur apud Paulum & Lucam In sanguine, non exponendum
 esse, Cum sanguine, quasi quædam inex-
 stentia significetur, vel Concomitantia rea-
 lis. Semel enim passus est Christus & semel
 eius sanguis fusus est. Et fœdus ipsum per-
 petuò durat, sanctum autem est fœdus
 Christi sanguine, quatenus ille sanguis fu-
 sus est: nec propterea necesse est fusionem
 ipsam semper esse cum fœdere: Itaque In
 sanguine id est, per sanguinem: ut sit sensus:
 Hoc poculum est nouum illud fœdus quod
 pacis cor meo sanguine. Christus enim est
 Mediator Noui fœderis sive Testamenti:
 quia seipsum Deo obtulit pro nobis. Et vt
 Apostolus ait, ob id Mediator Noui Testa-
 menti est, ut morte intercedente ad redemptionem
 earum præuaricationum que fuerant sub priore
 Testamento, vocati præmissionem accipient aet-
 erne hereditatis. Item, Quanto magis sanguis
 Christi qui per Spiritum aeternum seipsum obtulit
 inculpatum Deo, purgabit conscientiam vestram
 à mortuis operibus ad seruendum Deo vino. At-
 que hæc de vera huius phrasis interpreta-
 tione. Porrò ne illa quidem interpretatio
 quam afferunt ylo modo sententiam ipso-
 rum

Heb.9.
Ibi.

tum adiuuat. Nam non virgemos tantum hanc
 particulam, In: (quam isti perperam conuer-
 tunt in præpositionem Cum) sed totum hoc
 complexum, *Hic calix est Novum Testamen-
 tum in sanguine meo.* Semper enim quæto, qui-
 nam Calix sit Novum Testamentum: an pro-
 priè & $\tau\alpha\pi\tau\alpha$, an verò figuratè. Esse pro-
 priè non existimo dicturos; quia omnes om-
 nium linguarum phrases eos deficerent. Qua-
 re reliquum est, ut sit figuratum loquendi ge-
 nus. Ecquis enim dicat Sanguinem & fœdus
 quod sanguine sanctum est, esse unum idem-
 que realiter? ac non id potius adhibito Tro-
 po intelligendum esse? Et quia nos ad Hebreos
 ieuocant, velim attentè expendant quod Mo-
 ses de Circumcisione commemorat his verbis: Gen. 17.
Confirmabo, inquit Dominus. Fœdus meum in-
ter me & te, & inter semen tuum post te, ut
sim tibi Deus & semini tuo &c. Et paulò
 post: *hoc est fœdus meum quod obseruabitis:*
Circumcidetur ex vobis omnis masculus &c. Item
Erit fœdus meum cum carne vestra. Tum subii-
cit. *Erit inquit, in signum fœderis inter me &*
vos. Ecce tibi tria imprimis consideranda: u-
 num, quodnam sit illud fœdus: nempe, ut sim
 tibi Deus & semini tuo. Secundum: ipsam Cir-
 cumcisione vocari fœdus: *fœdus meum in car-*
ne vestra, inquit. Tertium: cui Circumcisio va-
 cetur fœdus: nempe quia est signum fœderis: *In*
signum fœderis, inquit. Non signum illud inane
 quale isti nobis obiiciunt (in suum commen-
 12

130 DE SACRAM. MANDV CAT.

Rom.4.

tum, non in nostram sententiam disputantes)
sed quale describit Paulus, ut sit signum & si-
gillum certissimum. Sic enim Paulus. *Accepit*
signum Circumcisio: s: sigill. in Iustitia fidei: Atque
hæc de phras. Hebraica, cuius open frustra
implorarunt, ut nostrum illud argumentum
fortissimum ex Pauli & Lucæ verbis deductū,
noua quadam interpretatione declinarēt. De-
nique (quia Testamenti vocem nonnulli vr-
gent.) S. Domini Cœna non continet tantum
ipsum fœdus quod Christi sanguine sanctum
est: sed continet etiam signa & sigilla ipsius fœ-
deris: ac proinde nihil mirum est si Christus fi-
guratis verbis non solum in Testamento sed
etiam in Sacramento condendo, Sacramenta-
liter loquutus est. Sed iam pergamus alias Cir-
cumstantias recensete ex quibus manifestum
est, verba Christi de quibus iam disputamus
esse figuratè intelligenda.

1. Cor. ii.

Ioant. 9.

Exod. 12.

3. Paulus ita recitat verba Christi, *Hoc est cor-*
pus meum quod pro vobis frangitur. Num irum ad
fractionem Panis respiciens qua summi cru-
ciatus dolorēsque Christi exprimuptur. Con-
stat autem, Corpus m̄hristi fractum non fuisse,
nec frangi potuisse. Ita enim scriptum erat: Nō
confringetur ullum os ipsius: ut ait Ioannes post
Mosen. Quare hoc verbum Frangitur à Paulo
vsurpatum figuratè intelligendum est. Nam
quod nonnulli ex Pontificiis respondent, Cor
pus Christi non potuisse Frangi prout in cruce
pendebat, sed Corpus Christi sub specie & ac-
ciden-

Cidentibus Panis verè cōtineri, ut aliqua ratione vetè affirmari possit quod frangatur, inquiunt, Hoc, inquam, nostram sententiam confirmat. Quomodo enim, fractio Panis, vel ut illi ridiculè dicunt, Accidētium panis, potest ei fractio Corporis Christi nisi figuratè: id quod illi etiam dicunt his vocabulis: Aliquā ratione affirmari posse. Porro isti homines maxime resiliunt à mente Pauli, qui loquitur de Corpore Christi, quatenus crucifixum fuit pro nobis: *Quod pro vobis frāgitur*, inquit. Quæ verba respondent hisce verbis Euangelistarū: *Quod pro vobis tradītur: quod pro vobis datur*, quæ ad ipsam Christi mortem referenda sunt. Nam cùm Christus S. Cœnam instituens Panē frēgit, non tunc passus est pro nobis: quod minor ab ipsis Pontificiis non animaduersum, quieties suum Missæ Sacrificium Intrauentum appellant, ipsumque volunt, scilicet, ad S. Cœnam referre. Maneat igitur quod diximus, verbum *Frangitur* apud Paulum ita suisse usurpatum: ut fractio panis, sit Signum dolorum Christi quos ipse in cruce pro nobis perpessus est: Ac propterea, ita dictante rerum consequētia, Panis est signū ipsius Corporis Christi.

4. Idem Apostolus de sacro hoc mysterio loquēs. *Calix benedictionis cui benedicimus, nonne est communio Sanguinis Christi: Et, Panis quem frangimus nonne est communio Corporis Christi?*

Quæ verba sine tropo intelligi qui possunt?

5. *Nos multi sumus unus panis & unum corpus*, ibidem:

quoniam omnes eundem panem participamus.

1.COR.ii.

6. Idē Apostolus de eo qui, indignè ad tantū mysterium accedit. *Iudicium sibi manducat & babit. Quæ omnia ut rectè & ἀναλόγως expo-*

nantur, tropus est necessariò adhibendus.

Nec verò audienda est hæc illorum distin-
ctio: Manducationem Corporis Christi esse
mysticam quidem, sed non figuratam: sic
enim incurvant in ἀγροῖς τε πότεροι Χριστοῖς. Nos enim
de vocabulis οὐκ τε πότεροι disputamus: illi de re-
ipsa loquuntur. Iam figurata locutio non tol-
lit rei veritatem, sed eam facilius explicat, &
semper est figura à re ipsa distinguenda. Itaque
licet Corporis Christi Manducatio figuratè
dicatur, tamen res hoc loquendi genere signi-
ficata est verissima, non autem figurata aut tro-
pica, videlicet arctissima cum ipso Christo con-
iunctio, ut alibi diximus. Quare isti perpetam
faciunt qui Mysticū opponant Figurato, quū
potius diuina mysteria soleant ut plurimum
figuraris verbis adumbrari, quippe quæ verbis
satis propriis exprimi non possint.

Pudeat autem Pontificios qui quum de Spi-
rituali manducatione loquuntur, quæ sit in
Cœna Domini, per fidem, animo credentis,
eam vocant Metaphoricam & merè spiritua-
lem sumptionem Corporis Christi & sanguini-
nis ipsius: non secundum se, sed secundum eo-
rum effectum: putà secundum donum gratiæ.
Hæc illi. Verum enim uero unde illa sumptione
Corporis Christi quæ sit in Cœna Domini per
fidem

fidem & animo credentis , nisi quia Christus dat & præbet menti suum Corpus ? Si dat, ec- quibus verbis. nonne his verbis: *Hoc est corpus meum*, de quibus disputamus? eritne figurata lo- cutio respectu animi & non erit respectu Cor- poris? vnde tantum discriminem? vbi tanti discriminis τὸ πντὸν ? En hominum somnia! Quod si palam quod sentiunt proferant : certè nega- bunt, Christi Corpus percipi vera fide & ani- mo credentis : dicent sola Christi beneficia, nobis in Cœna ad salutem communicati : quē errorem refutauimus in Tractatu de Spir- tuali mandatione.

Quæ quum ita sint, iam eorum quæ diximus summa facienda est: & iactis superiorum Theo rematum fundamentis, Conclusio nostra ad hunc modum extruenda. Quandoquidem Scri- pturæ loci sunt ex ipsa Scriptura, & locis con- similibus exponenda : nec possunt Singularia Individua de aliis Singularibus Individuis nisi figuratè prædicari: & ea est Sacramentorum na- tura vt sine tropo planè explicari & intelligi nō possint: Quinetiam manifestum est, ex ipsis Circumstantiis, Sacramentum Cœnæ Domini adhibito tropo esse intelligendum: Conseguitur, hæc Christi verba: *hoc est corpus meum*: & *hoc est sanguis meus*: non simpliciter, vt sonant sed figuratè exponenda esse: Siue Tropus in v- no ex his vocabulis , siue in toto Complexo constituatur.

Quisnam igitur, inquires, tropus hic erit ad-

Rom. 4.

1. Cor. 10.

mittendus? Nempe idem qui in omnibus Sacramentis, videlicet ut nomen rei significat, ipsi Signo tribuatur, vel Signū à re signata denominetur: idque potissimum duabus de causis. Primum, propter conuenientiam & similitudinem Signi & Signati. Deinde, ut hac ratio ne fides nostra magis magisque confirmetur: certòque statuamus ex verbo Dei nos esse per fidē rei significatę participes. Nec enim Sacra menta sunt Signa nuda: sed sunt etiam Sigilla veritatem ipsam in animis nostris obsignantia: ut patet ex Paulo, qui Circumcisionem vocavit σημεῖον & σημαγῆδα, ut alibi diximus. Quē admodum igitur certus sum ac sentio me in S. Domini Cœna Signa externa Corporis & Sanguinis Domini ore corporeo accipere: ita certò credo me spiritualiter & vera fide, Efficacitate Spiritus S. veritatem illis Symbolis significatam, & ipsi fidei exhibitam percipere: atque hoc ita esse Paulus uno verbo declarauit, cum diceret. *Calicem cui benedicimus esse cōmunionem Sanguinis Christi.* Atenim Christus dixerat Calicem esse Sanguinem, quin tamen Paulus dicat, Calicem esse communionem sanguinis. Ex quo perspicuum est: Calicem vocari sanguinem: eo quod fideles hoc Sacramento piè celebrando, sunt κοινωνοὶ & verè participes Corporis & Sanguinis Christi, eo modo quo diximus.

Hunc Tropū quem ego Tropū Sacramentalē appellare soleo, cūmque in omnibus Sacramentis esse considerandum, subiectis ali-

Quot testimonii ita confirmamus

Circuncisio signum & sigillum fœderis, vocatur fœdus.

Gen. 17. ver.
Exod. 14.

Agnus, Signum & μυστήριον transitus Domini quū primogenitos Ægyptiorum percutteret, vocatur Transitus, Pascha.

I. Cor. 10.
Psal. 24. &

Arca, signum Domini, vocatur Dominus, Rex gloriae, fortitudo Dei, Deus.

47 & 78.
Pf. 95. Heb.

Terra Chanaan, signum quietis, vocatur quietes Domini.

3. & 4.

Colubæ, signum Spiritus S. vocatur Spiritus S. Ex quibus & consimilibus locis rectè & convenienter dicimus, Panem, Signum, Sigillum & μυστήριον Corporis Christi, vocari Christi Corpus, his verbis, *Hoc est corpus meum.*

Sed quia nobis occurritur à nonnullis qui locos à nobis inductos aliter exponunt, paucis eorum interpretatio refellenda est. Circuncisio, inquit, non significat fœdus, sed est ipsum fœdus, quia Circuncisio non est sine verbo promissionis. At qui id non est nobiscum, sed cum Paulo litigare. Sic enim ille de Abrahamo. *Accipit Signum Circumcisiois.* Et expressis verbis Dominus quum Circumcisioem institueret. *Circuncidetis carnem preputij vestri.* & hoc erit in signum fœderis inter me & vos: & paulo antea: *hoc est fœdus meum quod obseruabitis:* Circuncidetur inter vos omnis masculus. Ex quibus manifestum est Circumcisioem esse Signum fœderis, & propterea vocari fœdus. Ipsum au-

I. iiiij.

tem fœdus Dominus commemorauerat his
verbis: ut sim Deus tuus & seminius post te. Quare
licet in Actione & celebratione Sacramenti
verbum cum Signo coniungatur, tamen quod
ad naturam attinet, semper Signum ipsum a re
significata distinguitur. Sic Paulus dicit que
Rom. 2.
Coloss. 2.
Gen. 17.
Exod. 31.
Ezech. 20.
Leuit. 23.
Exod. 12.

bat Circumcisionem carnis, quam dicit esse in
propatulo, à cordis Circumcisione, quam alibi
vocat Circumcisionem non manu factā ~~et~~
porcentor. Et, ne longius abeamus, id scilicet per
spicuum ex Domini verbis Circumcisionem
instituentis: fœdus meum erit in carne vestra. Nā
verbū fœderis esse in carne, puto istos non
dicturos. Sic etiam Sabbathum erat signum so-
deris Dei: ut extat apud Mosen & apud Prophe-
tam: Sabbathum meum dedi eis, ut essent signum in-
ter me & inter eos, & scirent quod ego sum domi-
nus sanctificans eos: ac proinde Sabbathum vocan-
tur sancta.

Sic porrò pergunt: Agnus Paschalis nec erat,
nec significabat transitum Domini, sed Christum
verum Dei Agnū. Nec Moses dicit quod
Agnus sit Pascha, hoc est transitus: Hæc illi.
Quod attrinet ad Mosen, hæc sunt eius verba:
Comedetis eum festinantes: Transitus Domini est.
Nam transibo per terram Ægypti nocte illa, &
percutiam omne primogenitum in terra Ægypti
&c. Et sanguis ille erit vobis in signum in domibus
in quibus eritis: cumque sanguinem illum videro
præteribo vos, nec erit in vobis plaga internacionis.
Ex quibus perspicuum est Agnū vocari tran-
situm

situm à Mose. Nam quod illi conantur verba
Mosis ita eludere quasi dixerit, Esse, hoc est, iā
iam imminere Transitum Domini vel An-
geli percutientis, plusquam ridiculum est. Pri-
mūm enim non conuenit cum phrasī Hebraī-
ca, quæ sic sonat ad verbum *Transitus hoc Do-*
mino; & sic resolute nōda est, hoc, est trāitus Do-
mini, ex illius linguae proprietate. Deinde,
esset inutilis repetitio in sequente versu, vbi
Transitus Domini iam instans describitur.
Denique satis constat Agnum illum vocatum
fuisse Pesach siue Pascha, adeò ut dubitari de
nostra interpretatione non possit. *Tollite vo-*
bis Agnum & mactate Pascha. Sacrificabis Pascha
Domino Deo tuo. Quum filii vestri vobis dixerint:
Quis nam est hic cultus vester? Respondebitis ma-
cetatio Pasche Domini, qui prateruit domos filiorū
Israel in Agypto cum caderet Agyptios, & do-
mōs nostras liberauit. Hac Moses ipse nobis ra-
tionem reddens quamobrem Agnus ille voca-
tus fuerit Transitus Domini. Nam data opera
*repetit verbum Hebraicum *Pasach*, quod tran-*
site significat; ita ut qui de hac re dubitat, ille
nunquam Mosen legisse videatur. Atenim in-
quis, Agnus significabat Christum. Benē nar-
ras: sed vnde tandem sic ratiocinaris, Agnum
non significasse transitum, eò quod Christum
significauerit? Ego vero sic potius colligo: A-
gnum, eò quod transitum significauerit, Chri-
stum significasse. Quū enim Israelitarum fones
Agni illius mactati sanguine oblinerentur,

1. Cor. 5.

Heb. II.

Deuter. 16.

ne Angelus transiens eos percuteret, ea res typus fuit illius Redēptionis perfectissimæ, quā Christus, Agno illo adumbratus, effuso sanctissimo suo sanguine perfecit. Itaque sic Paulus: *Pascha nostrum immolatum est, nempe Christus: quandoquidem idem Agnus fuit, & Signum trāitus Domini, & typus Christi venturi, nec ea inter se sunt opponenda, quippe quæ arctissimo vinculo coniungantur.* Nam propter vētūrum Christum pīj veteres liberati sunt. Sic enim Apostolus, *Per fidem peregit Pascha & effusionem illam sanguinis: ne qui perimebat primogenita ipsos tangeret.* Nonnulli ex Pontificiis hoc diueticulum commenti sunt, Agnum illum fuisse vocatum Pascha tanquam nomine proprio, quemadmodum Scipio vocatus est Africanus, idque sine figura, inquiunt. Ridiculum: quasi verò Agnus quidam fuerit vnicus & singularis qui ab exitu Ægypti usque ad tempora Christi durauerit: ac non potius singuli Agni in familiis Israelitarum mactati ita vocati fuerint, sacræ illius Actionis tempore. Itaque semper deueniendum est ad rationem ipsam propter quam Agnus ille vocatus sit transitus. Constat autem ex Mose, Israelitas mystrium hoc celebrantes, commemorasse beneficium Domini, qui illos ab Angelo percutiente liberauerit. Manet igitur superius illud nostrum argumentum.

Deinde sic obiiciunt, Paulus non locutus est de Petra solida & manente, sed de Petra que seq*ue-*

sequebatur, quæ erat Christus. Erat enim Pe-
tra spiritualis, spiritualem aquam exhibēs: ne-
que significabat Petram spiritualem. Hæc illi,
qui simul periniquè succensent Augustino
quod Pauli locum illum de Petra Christum si-
gnificante intellexerit. Nos autem nouam istā
interpretationem ita reiicimus. Primum, per-
pertunt ipsum ordinem Enuntiationis. Quum
enim Paulus dixerit, *Petra erat Christus: isti sic e-*
nuntiant, Christus erat Petra, quod non est A-
postolum interpretari, sed eius Enuntiationē
præpostere commutare. Secundò, in hac ipsa il-
lorum Enuntiatione, *Christus erat Petra,* tro-
pus necessariò constituendus est. Nec enim
Christus ὁ Ιως, nomine propriè intellecto, Pe-
tra est: nec etiam dici potest, Petra spiritualis,
nisi figuratè & per similitudinem Petras corpo-
reas: Ita, quum maximè volunt figuratas lo-
cutiones declinare ad figuratas locutio-
nes reuoluuntur. Porrò ex loci circunstan-
tia satis est perspicuum, Paulum loqui de Pe-
tra illa vnde manarunt aquæ in deserto? Ibi e-
nim paucis percurrit illam de exitu Israelitarū
ex Ægypto historiam, facitque mentionem
nubis & maris: tum subiicit permulta quæ in
deserto Israélitis contigerunt. Itaque licet ita
legeremus, Christus erat Petra, tamen pro-
pter circumstantiam loci dicendum esset, Petram
illam deserti dedisse occasionem Apostolo, ut
diceret, Christum esse Petram: ac proinde velis
nolis, huc tibi semper redeundum est, Petram il-
la Christum fuisse adumbratum. Exempli cau-

Ioan. i.

1. Cor. 5.

sa: Christus est *Agnus Dei*, qui tollit peccata mundi, inquit Ioannes: Inde ego efficio, Agnum illum legalem, mactatum pro peccato, fuisse typum Christi: Itemque apud Paulum Christus dicitur Pascha nostrum: atque inde colligitur Agnum Paschalem typum Christi fuisse: Imperite igitur isti & *αθεολόγως* tollunt typum, ut constituat rem ipsam. Tertio quum eadē sit ratio Potus & cibi in illo Pauli contextu, & nomine cibi spiritualis Manna intelligatur, quod signum fuisse Christi omnes Theologi fatentur, certè illud ipsum de Petra deserti fatendum est. Quartò, quum ibidem ait Apostolus Israelitas fuisse baptizatos in nube & mari, sequeretur ex istorum interpretatione, Paulam non fuisse locutum de vera nube illa & de vero mari, quod tamen secus est, ut contextus ipse satis arguit. Atenim, inquiunt, Petra illa deserti erat immobilis, & Paulus loquitur de illa Petra quæ sequebatur Israelitas. Quid? quasi verò nomine Petra non intelligat etiam Paulus aquas illas quæ ex Petra profluxerunt. Nam bibere Petram ne fando quidem auditum est: & Paulus dicit *Bibebant ex Petra*, ut riuos manentes à Petra significet. Dicitur autem Petra secuta Israëlitas, eo quod riuis qui inde manebat per deserta illa loca defluens, Israëlitas aliquandiu secutus est: id quod tum ipsa ratio dicatur, tum facile colligi potest ex psal. 78. & ita doctissimi quique Theologi censuerunt. Certè Christum fuisse Israëlitarum ducē sāpe legimus:

gimus: sed Christum secutum fuisse Israëlitas
datur est, nequid dissimilem loquendi ge-
nus: ac malo ego Christum audire toties præci-
pientem ut se sequamur. Præterea non sentiūt
Aduersarij se hoc modo retexere nouam illā
interpretationem quam attulerunt de Israëli-
tis eandem escam spiritualem edentibus & eun-
dem porum spiritualem bibentibus, Inter se
inquietabant, non nobiscum: hīc verò volunt
nomine Petræ ipsummet Christum fuisse no-
minatum. Quicquid igitur obiiciant Aduersa-
rii manet firmum argumentum quod ex supe-
rioribus locis Scripturę deprompsimus, ad cō-
firmandam veram verborum Christi exposi-
tionem. Nostra autem hæc interpretatio &
sententia comprehendi potest tribus sequen-
tibus Enuntiatis.

1. Corpus Christi verè pro nobis traditum,
& Sanguis Christi pro nobis verè effusus est,
vt Deo per Christum reconciliati, vitam æter-
nam adipiscamur. Faceant igitur omnes Ad-
uersariorum obiectiones de Symbolico, figu-
rato, tropico Christi corpore vel Sanguine:
quod ipsorum est commentum, non nostra
sententia.

2. Corpus illud pro nobis traditum & San-
guis ille pro nobis effusus, nobis in S. Cœna
verè & spiritualiter exhibentur, à nobis fide
syncera & efficacitate Spiritus S. percipienda.
Cuius rei peto à lectoribus ut pleniorem expla-
nationem legat in Tractatu de Spirituali man-

ductione Corporis Christi, ne nobis modum illum imaginarium sive suam deImaginatione calumniam Aduersarij opponant.

3. In S. Domini Cœna Panis & Vinum sunt Signa, Antitypa, Figure, Symbola, &c nihil ominus Sigilla vera & certissima veri Corporis & Sanguinis Iesu Christi à nobis spiritualiter per fidem, operante Spiritu S. percipiendi. Posthac igitur obiectiones de Nudis Signis: aduersus nos perperam propositæ, conticef-
cant.

Itidem paucis comprehendamus Consubstantiatorum refutationem proposito ipsorum Syllogismo, quo uno illi suam sententiam complectuntur.

Aduersario Verba Cœnæ: Accipite & Mâducate, de Cor
rum Syllo- porali actu & mandatione loquuntur.
gisimus excu At de eo quod accipi & manducari iubet
tetur. Christus, ipse Christus dixit, Hoc est corpus
meum.

Ergo verum Christi corpus Realiter adest & manducatur in Pane.

Equidem multa in hoc Syllogismo desiderio, ex quibus quædam annotabo.

Primus error est superioris Syllogismi quod habeat 4 terminos, eosque nullo inter se vinculo cohærentes. Nam primus hic esto terminus, Verba Cœnæ, Accipite & manducate. Secundus Terminus, qui debuit esse Maius extremū in complexione repetendum hic est, De Corpo
porali actu & Mandatione loquuntur. Tertius termi-

terminus: Id quod Christus dixit, nempe, Hoc est Corpus meum Quartus terminus, Realiter adest & manducatur in Pane. Quare seruata Maiore Propositione, quæ debuit continere τὸ μέρη, sic dicendum fuit ex Arte differendi ut saltem quædam facies Syllogismi nobis appareret.

Verba Cœnæ, Accipite & Manducate, de corporali actu & manducazione loquuntur.

At ea quæ Christus dixit, Hoc est Corpus meum, sunt verba Cœnæ Accipite & manducate.

Ergo, Ea quæ Christus dixit (hoc est Corpus meum) de corporali actu & manducazione loquuntur. Ecce tibi quoniam euadat hic Syllogismus in quo nec pes nec manus officium faciat.

Secundus error est Petitio Principij in Magiore propositione si quidem vocabula Accipiendi & Manducandi velint restringere ad Corporalem Manducazionem. Nos enim duplicem Manducazionem constituimus: unam Signi, alteram Signat: hanc spiritualem, illam Corporalem. Itaque suam repetunt non autem confirmant sententiam.

Tertius error, quod hæc verba quæ apposita sunt: Realiter adest in Pane: nusquam extant in Præmissis, adeò ut iam non sit complexio, sed cadaver complexionis quū complexionis Anima à præmissis pendeat.

Quartus error: q. ex istoru Syllogismo horre da incommoda cōsequuntur, atq; hoc imprimis.

Corpus Christi esse Corporali actu manducandum: adeò ut huius Syllogismi architectis sit iam cum Capernaitis in gratiam redeundum.

Quintus error, quod hoc Syllogismo retexant suas illas superiores distinctiones de Cœlesti, Sacramentali & Supernaturali modo, quo Christi Corpus volunt realiter esse, & à nobis manducari oraliter In, Cum, Sub Pane. Nam quid sit actus corporalis manducandi, satis omnes norunt, sed corporalem illum actum fieri modo cœlesti & supernaturali, an ab aliis intelligi possit, nescio: certe fateor à me intelligi non posse. Etenim actum corporalem manducandi & oralem manducationem esse naturalem, hucusque intellexi. Quinetiam & hoc me ignorare fateor, qui fiat, ut illi qui Corpus Christi quadrunt in Pane, Cum Pane, Sub Pane, vel sub specie panis, ac proinde subsistunt in terris, nobis modum cœlestem, supernaturalem & mysticum toties inculcent.

Adigamus igitur istos ad incommodum. Nam illius Syllogismi vestigiis, ita concludere licet: De eo de quo Christus dixit Accipite & Manducate, de eo sic narrat Matthæus Fregit, inquit, deditque discipulis: Ergo Corpus Christi fractum est, idque vera & Corporali fractione. Nam de ea Matth. loquutus est. οδύνατο. Corrigatur denique Syllogismus superior hoc modo, ut dicamus,

Quemadmodum S. Domini Cœna constar duabus rebus, nempe Signo & Signato, ita duplice esse Perceptionem & Manducationem: vnam Signi alteram Signati. Signum accipi & Manducari Corporaliter: Signatum verò, nempe Corpus & Sanguinem Christi, accipi & manducari spiritualiter, nempe per fidem, efficaciam Spiritus S. ut iam sèpius diximus.

OBIECTIO III.

Qui manduauerit Panem hunc & biberit potum indignè, reus erit Corporis & Sanguinis Domini. Item, iudicium sibi manducat & bibit non discernens Corpus Domini. Ergo in S. Cœna Corpus Christi essentiale existit realiter præsens In Cun, Sub Pane, vel Sub speciebus panis, & Oratione Manducatur: idque non solum à piis, verum etiam ab impiis. Ratio est, quia finis non est de substantia Sacramenti, sed ad salutarem eius usum duntaxat refertur: salua rei substantia. Ac propterea Ireneus dixit Eucharistiam constare duabus rebus Terrena & Cœlesti: Res autem Cœlestis est ipsum Corpus Christi. Quare ad integratem Sacramenti, fructus Sacramenti non requiriatur. Nam ut luminis cœpys etia est in corpore diuinum, etiam si cœpus adsit, sed cœpys non est in oculo videntis: ita Corpus Christi est in Pane, vel sub Accidentibus Panis: Sed cœpys non est in credente & pœnitente. Quintum nonnulli utuntur hoc Syllogismo, Quisquis manducat Panem Cœ

K. j.

næ dominica, is manducat Corpus Christi. Impij manducant panem Cœnæ Dominice. Ergo Impij quoque manducant Corpus Christi. Et sic non Respuendo sed Recipiendo, Christi Corpus manducant.

RESPONSIO.

Primùm, nihil h̄ic habent Pontificij quoddam non modò non subleuet, verum etiam non planè euertat Transsubstantiationem: quandoquidem Paulus nominatim affirmat, Panem esse, & panem manducari. Quater enim Panem h̄ic nominauit. Quare omissa nunc Transsubstantiationis commento, nobis aduersus illam Realem Inexistentiam, quam utriusque vrgent, sermonem omnem conuertemus.

Nego superius consequens: neque possum animaduertere vnde nam sibi fidem faciat hæc conclusio. Nam ego contrà sic cōcludo: Ergo qui indignè manducat hunc panem non manducat Corpus Christi. Ratio est quia indignè manducans panem hunc, reus est corporis & sanguinis Domini ac propterea iudicium sibi manducat & babit: inquit Paulus. At is qui manducat Corpus sive Carnem Christi, habet vitam æternam, inquit ipse Christus. Hæc autem vehementer repugnant, Iudicium sibi maducare: & habere vitam æternam. Miror autem homines eò audaciæ prorumperem, vt non dubitent negare Contradiccio-

Ioan. 6.

xiij

rie id quod Christus affirmat: & nihilominus
inculcare potest. Hec sunt enim verba Chri-
sti: *Si quis ederit ex hoc pane vivet in eternum*
(quum de suo corpore loqueretur) Iste autem
sic dicunt: Quidam qui ederit ex hoc pane
non vivet in eternum. Atenim, inquis, vr-
geo verba Pauli: *Reus erit Corporis Domini*: Au-
dio: sed quum Pauli verba verbis Christi co-
tradictorie opponis, hoc iam non vrgere est,
sed peruertere. Egoverò non minus illa ipsa
Pauli verbavrgeo. Sed tu addis *Reus erit Cor-*
poris, videlicet, manducati. At ego dico, *Cor-*
poris nō manducati, sed spreti atque reiecti.
Quum enim sacer ille Panis sit Signum & Si-
gillum Corporis Christi: quod quidem cor-
pus tibi præbetur spiritualiter & vera fide
manducandum: Si Panem hunc sine vera Fi-
de (quæ pœnitentiam habet individuam co-
mitem) manducasti: certè indignè hunc pa-
hem manducasti: ac proinde reus es, quod
Christi Corpus tibi oblatum spiritualiter nō
manducaueris. Itaque affirmamus nihil ex-
tare in Scriptura vnde possint suam illam
conclusionem tueri, quam nos simus freti
multis Scripturæ locis ex quibus nostra hæc
conclusio confirmetur: præsertim his lucu-
lentissimis Christi verbis iam antè com-
moratis. *Qui edut meam carnem & bibit meum*
sanguinem habet vitam eternam. Et, *Nisi ederitis*
carnem filii hominis & biberitis eius sanguinem
non habebitis vitam in vobis. Quod si isti recte

connecterent hoc modo: Reus est Corporis,
ergo manducauit Corpus: certè necesse esset
hanc Vniuersalem propositionem esse verā.
Quicunque reus est Corporis Christi, man-
ducauit Corpus Christi: quod falsissimū est.
Nam Iudæi qui Christum crucifixerunt Rei
sunt Corporis & Sanguinis Domini (sic enim

Matth. 27 illi, Sanguis eius super nos & super liberos nostros)
nec tamen Christi Corpus manducarunt. At
nos, ipso Christo auctore, ita rectissimè con-
nectimus: Māducauit Corpus Christi; ergo,
habet vitam aeternam. Contra: Non habet vi-
tam: ergo, non manducauit carnem Christi,
nec bibit eius sanguinem. Itaque Caro Chri-
sti & eius Sanguis essentialiter ore Corporis
non manducatur & bibitur: nec Realiter
existit in & sub specie Panis & vini.

Secundus error *ποδε τὸ ἐπόμπεον* à supe-
riore manans. Nam illi perinde ratiocinan-
tur, vt si indignè manducans Panem hunc,
non possit esse reus Corporis Domini, nisi
ipsum Corpus realiter existens In, Cum, Sub
Pane, vel sub Panis Accidentibus oraliter
manducauerit: quū tamen sit reus Corporis
eò quodd abutatur sacro illo Signo Corporis.
Nam si olim reus erat Iesæ Maiestatis qui
statuam Imperatoris confregerat, aut ei il-
luserat: quanto maior est corum culpa, qui
sacro hoc Pane abutuntur, & sanctissimum
hoc Mysterium, quantum in ipsis est propha-
nant? Quod si quis diploma sui Principis ac-
ce-

ceptum manu, in terram per contemptum
abiecerit, nonne is dicetur Principem ipsum
contumelia affecisse?

Tertius error: quod recedunt à verbis Apostoli: Sic n. Paulus: *QVI M A N D V C A V E R I T P A N E M H V N C*, inquit: Iste autem, Qui manduauerit Corpus Christi, inquiunt. Quod quidem est sua verba pro Apostoli verbis substituere. Paulus autem significat iniuriam non Signo, sed rei ipsi Significatae fieri.

Atenim, inquiunt, subiicit Paulus: *Eum qui indignè manducat hunc Panem, iudicium sibi manducare, non diiudicantem Corpus Domini.* Corpus igitur ipsum etiā ab impiis indignè sumētibus manducatur. Imò verò quis non videt Paulum opponere iudicium, hoc est Condemnationem Mandationi Corporis Christi? quasi dicat: Qui indignè Panem hunc māducat, ne existimet se Corpus Christi manducare (sic enim salutem & vitam manducaret) sed sciat se sibi iudicium manducare. Atque ut ad verbum *Diiudicandi* accedamus, longè melius atque verius ita connectetur. Non diiudicauit corpus Domini, ergo non manducauit: quām si dicas: Non diiudicauit, ergo māducauit. Cedò enim quid est *dīare ēivēy* diiudicare aut discernere Corpus Domini? Nimirum habere rationem tantū Mysterij quo Christus vult nos facere sui Corporis per fidem participes: & aliter de

150 DE SACRA M. M A N D V C A T.

sacro hoc epulo iudicare quām de iis cibis
qui ad nutriendum corpus adhibentur. Ec-
quod autem est instrumentum diiudicandi?
nonne est ipsa fides? Itaque relinquitur ut
qui veram fidem non habent, illi non diu-
dicent Corpus Domini. Iam autem confeci-
mus in superiori tractatu de Manducatione
Spirituali Christi, Corpus manducari vera
fide: ex quo efficitur, illam ipsam fidem esse
instrumentum tuū diiudicandi tuū manducan-
di Christi Corporis: adeò ut hæc sint conse-
ctaria. Non diiudicauit Corpus, ergo non
manducauit Corpus. Nam si diiudicauit, fi-
dem veram habuit: si fidem veram habuit,
ergo manducauit: alioqui diceres eum simul
habere veram fidem, & non habere. Dico au-
tem veram Fidem quæ Pœnitentiam con-
iunctam habet. Quū enim Christus de hoc
mysterio differens disisset quosdam esse inter
eos qui non crederent: paulò post facit mentio-
nem Iudei proditoris qui quidem licet fidem
proficeretur, tamen non credebat: quando-
quidem veram fidem non habebat huic my-
sterio conuenientem. Quamobrem (ut ipsa
sancto Domini My^{ster}io Corpus Christi di-
iudicandum est (ut monet Paulus) ergo qui
putant Corpus Domini non minus mandu-
cari ore Corporis quam sacrum illum Panē
qui nobis porrigitur, Corpus Domini non
diiudicant, quia non discernunt inter cibum

Cor-

Corporalem & Spiritualem, Naturalem & Supernaturalem, Signum & Signatum; hoc est, inter panē Signum Corporis, & ipsum verum Christi Corpus.

Quartus error αγνοια τε ελέγχε. Nā quod Paulus metaphorice dixit, isti usurpant in propria significatione. Satis enim constat, Iudicium non posse oraliter manducari quā doquidem non est Corpus: & siquidem propriè loquimur, solæ res corporeæ oraliter māducantur: Deinde, si propriè loquimur idem non potest esse simul cibus & potus. At qui de Iudicio vtrumque Paulus affirmauit his verbis *Iudicium sibi māducat & babit*. hoc est reus est mortis, quia vitā sibi oblatā fide non recepit, quū non diiudicaret Corpus D.

Quamobrem colligamus incommoda lōgē grauissima quæ sequerentur si Indignè manducantes panem (vt loquitur Paulus) manducarent Corpus Christi: vt ita superior Obiectio tam de mādicatione Indignè sumétium quām de Orali mandicatione atque de Reali illa Inexistentia Corporis Christi sua sponte corruat.

1. Primum sequeretur, stare non posse illa Christi verba apud Ioannem (sicut antè *Ioan. 6.* diximus) *Qui manducat meam Carnem & babit meum sanguinem habet vitam aeternam.* Item: *In me manet, & ego in eo. Ego sum Panis vita, hic est panis qui descendit de celo, ut qui ex eo manducauerit non moriarur.* Qui me manducauerit,

K. iiiij.

*Falsa inter
pretatio ad
uersariorū
incommodis
obruitur.*

*vinet propter me: & quæcunque ibi & in locis
confimilibus dicuntur in eandem sententiā.*

Obiiciunt, Christum apud Ioannem non
agere de Cœna Domini: sed tantum de illa
Mandatione Corporis Christi quæ sit spi-
ritualiter, etiam extra Sacramētum. *Quid? si*
generaliter Christus loquutus est, quamob-
rem excipies, Cœnæ Domini Sacramentum
vbi sanctissima illa Christi concio de man-
ducanda carne ipsius quam Ioannes com-
memorat, nobis propemodum ante oculos
proponitur? Quamuis enim tum Christus
de signis ipsis loquutus non fuerit, tamen
cum piis Maioribus agnoscimus Christum
illic de Re Sacramenti disseruisse. Quæro e-
nīm, an Corpus Christi de quo ipse dixit

*Chrysost. Quod pro vobis datur, Sanguis qui pro vobis fu-
hom. 83. In ditur in remissionem peccatorum, sit illa ipsa ca-
Matth. ro, & sit ille ipse Sanguis, de quibus apud
Cypr. de Ioannem dixit: Panis quem ego dabo pro mun-
Cœna Do- mini Au- di vita, Caro mea est verè cibus, & sanguis meus
gustin. in vere est potus, &c. Est-ne, inquam, idem Cor-
Tract. 26. pus nec-ne. Si negant esse, repugnant ipsis
& 27. In Christi verbis. Et absit ut Corpus Christi
Ioan. &c. quod vnum est, sit multiplex & diuersum. Si
idē est Corpus: ergo qui in Cœna Domini
māducant Corpus, habent vitam æternam,
& vi consequentis indignè manducantes
panem, siue impij accedētes ad mensam Do-
mini, Corpus Christi non manducant. Enim
uero hoc sine ingenti blasphemia dici non
potest:*

Potest: Corpus Christi non posse extra Sacramentum manducari ,nisi à Credentibus & Pœnitentibus : & in Sacramento posse tam à piis & pœnitentibus quām ab impenitentibus & impiis manducari. Quod est dicere : Corpus Christi extra Sacramentum esse tantum viuificum , sed in Sacramento, non item. Num enim Sacra Domini Cœna eò instituta est, ut Corpus Christi fiat minus viuificum quām sit extra Sacramentum Cœna Domini. Absit. Si dicant esse quidem idē Corpus, sed extra Sacramentum Spiritualiter tantum accipi & manducari: at in Sacramento Oraliter esse manducandum, Principium petūt. Hoc enim illud est de quo queritur. Quod si Christus apud Ioannem de Oralí Manducação locutus non est (istis assentientibus) & tamen locutus est de ea Manducação, qua sit ut in Christo maneamus, & Christus in nobis maneat, & habeamus vitam æternam : quorū igitur hæc commentitia Oralis manducação veri & naturalis Corporis Christi?

2. Si improbi & impenitentes (hoc est indignè manducantes hunc panem, ut loquitur Paulus) possent māducare Corpus Christi, sequeretur Spiritum Christi & vim eius viuificam ab ipso Christi Corpore, adeoque ab ipso Christo diuelli posse & τὸν λόγον (quē Ioānes vitam esse dixit) ab illo ipso Corpore separari. *adūvator & blasphemū.* Consequē-

1. Ioan. i.

Isai. 6. tia patet. Nam qui indignè ad sacram men-
 Ioan. 14. sam accedunt, iudicium sibi manducant, in-
 1. Ioan. 5. quit Paulus. Sic antem Christus: *ego sum pa-*
nis ille viuisficus. Et *Caro mea est quam ego dabo*
pro mundi vita: & alibi: *Ego sum via, veritas &*
vita. *Qui habet filium habet vitam.* Sic igitur
 concludamus: Si Corpus Christi manduca-
 tur ab Impiis, Ergo Impii & Impenitentes ha-
 bent vitam: at non habent: ergo vita à Chri-
 sti Corpore separatur: quia Corpus Christi
 habentes (vt volunt) vitam non habent. Ab-
 surdum.

3. *Si indignè manducantes panem hunc Cor-*
pus Christi manducarent, sequeretur: Man-
ducare, non iam esse Manducare, sed Rei-
cere. *αδύτατον* propter oppositionem. Nam
 hæc duo simul coniunguntur *Accipite & Mā-*
ducate, inquit Christus. Et ipsa manducatio
 est perceptio. Sicut igitur si quis Panem re-
 jiciat, ille Panem Manducare non dicetur: I-
 ta qui Corpus Christi reiiciunt illi dici non
 possunt Corpus Christi Manducare. Nam si
 Manducarent, Reciperent: si Reciperent, si-
 mul etiam cum eo eius beneficia reciperent,
 Rom. 8. ex his Pauli verbis: *Qui proprio Filio non peper-*
cit sed pro nobis tradidit eum, Q V O M O D O
C V M E O O M N I A N O B I S N O N
D O N A B I T: Quare si cum Corpore Chri-
 sti omnia Christi beneficia tibi donantur, &
 illa accipis: habes igitur Remissionem pecca-
 torum: Sanctificationem & vitam æternam:
 id

id quod de Improbis illis dici non potest.

Nam quod illi respondent Improbos illos sentire efficaciter Spiritum Christi ad iudicium, valde est *anypov*. Si enim usquam alibi, certè in hoc sanctissimo mysterio Spiritus Christi est Spiritus vitæ, non autem mortis. Deinde fieri posse ut Spiritus Christi ore corporis, non autem ore animi percipiatur, nisi nouam Theologiam introduixerint, difficillimè nobis explicabunt. Nam quū Paulus de Spiritu Christi loqueretur. *Misit, inquit, Deus Spiritum Filii sui in corda vestra. En tibi quo modo Spiritus Christi recipiatur, nempe Corde & Animo.*

Sed enim sic instant: ut Sol ceram liquefacit, & lutum indurat, ita Corpus Christi proportione vel fidei vel incredulitatis vitam vel iudicium operatur. Porro Christus non est tantum Seruator sed etiam Iudex, ut scriptū est *Pater omne iudicium dedit filio, &c. Quod ad Ioan. 5. similitudinem attinet, in multis fallit tam ex parte agentis, quam ex parte subiecti patientis.* Nam Radius siue calor Solis hīc comparatur cum Christo. Atenim Sol & liquefacit & indurat, propter unam eandemque Solis proprietatem, nempe calorem, adeò ut ita dicamus: Sol liquefacit Ceram, nempe calefaciens: itemque Sol indurat lutum, itidem calefaciens. Itaque dicendum esset ex hac similitudine: Christus vivificat credentes, quia est Panis vitæ: itemque Christus iudicat in-

Galat. 4.

credulos & impoenitentes, quia est Panis vita: quæ posterior ratio planè inepta est. Deinde Sol agit diuersè in ceram & in lutum, atque idem efficiens diuersa effecta profert, nempe propter diuersorum subiectorum naturam, quā ipse Sol nō ingenerat: sed quę est in ipso patiente subiecto, & ex eius natura. At quod attinet ad credētes, longè aliud nobis statuendum est. Quum enim omnes homines naturā sint tāquam lutum: certè, Credentes hoc habent à Spiritu Christi, vt cre-
Ezecl. 36.
 dāt & fiant tanquam cera, siue vt Propheta loquitur, eorum cor lapideum in cor carnis conuertatur. Quòd si istis eorumque similitudini fidem habeas, sequeretur, homines sua vi & natura Credere, non autem beneficio Christi, quum tamen Fides sit donū Dei,
Ephes. x.
 & Apostolus dicat nos credere potentissima & efficacissima Spiritus S. virtute. Sic igitur longè melius quadrabit similitudo. Quemadmodum cera, accedente calore Solis, liquefit: & eodem calore solis recedente, induatur: Ita accedente & recepto Christo viuifico, homines vitam habent: eademque Christo viuifico recedente, hoc est non recepto ab hominibus, propter incrudelitatem & impoenitentiam, illi homines increduli & impoenitentes iudicantur & moriuntur. Iam ad illud quod obiiciunt de Christo, non tantū Seruatore, sed etiam Iudice,
fa-

facilis est responsio. Non enim in S. Cœna Christus nobis proponitur tanquam iudex, sed tanquam Seruator, ut appareat ex his verbis *Corpus quod pro vobis traditur. Sanguis qui effundetur in Remissionem peccatorum.* Item *Cæro mea est quam ego dabo pro mundi vita.* Atqui Iudicare & Remittere peccata hic opponuntur. Perperam ergo isti argumentantur ab auctoritate Christi, ad perceptionem Corporis Christi, quæ necessariò infert vitam & salutem. Itaque Paulus de indignè manducante panem hunc, non dixit Corpus Christi manducat, sed *iudicium sibi manducat & bibit.*

Aliud etiamnum simile nobis opponunt in hunc modum. Sicut auditorum infideliū aures non percipiunt tantum sonum verbi prædicati, sed etiam rem verbo prædicato allatam: idem videlicet verbum quod piorum aures percipiunt non ab illa potentia separatum: ita etiam impij in Cœna vescentes, Corpus Christi ore suo accipiunt, quod pīj ore suo accipiunt. Nam idē Euangeliū est odor vitae & mortis, inquit Paulus. Hæc illi. Respondeo in hoc simili multa esse vitiosa. 2. Cor. 2:1
vt. n. prætermittamus, non satis rectè similitudinem duci à Qualitate ad Substantiam: quod efficit *vt in multis claudicet, certè manifesta est fallacia in verbo Percipiēdi.* Nā in Euāgelio prædicato, nō verba ipsa aut vocabula proponuntur & offeruntur ad salutē, sed

Christus ipse cum suis beneficiis. Fateor igitur improbos & incredulos posse quidem percipere Euangdium, hoc est, verba ipsa intelligere, & assequi sensum eorum quæ dicuntur. Sed non propterea recipiunt Christum ipsum, vel Euangelium: quoniam id sine fide fieri non potest: immo potius sua incredulitate Christum & Euangelium reiciunt. Aliud est igitur recipere Christum: aliud percipere sensum vocabulorum quibus Christus præbetur & exhibetur, alioqui sequeretur eundem esse simul Infidelem & Credentem: adūtacv. Itaque Ioannes de iis qui Christum reiiciebant ait oculos eorum fuisse excæatos & corda obdurata ne viderent oculis, & corde intelligerent: & Paulus: Si teclum est Euangelium nostrum, ipsis qui pereunt teclum est, in quibus Deus bonus seculi excœauit mentes, id est, infidelibus, ne irradiet eos lumen Euangely. Quamuis igitur infideles, siue ij qui pereunt, audire possint atque intelligere & percipere quid sit Euangelium, ea fide quā historicam solemus appellare: tamen non recipiunt lucem Euangeliij, quia non habent veram fidem quā Christus ipse recipitur: alioqui non essent cæci, sed lumen Euangeliij eos irradiaret, quod utrumque falsum est ex Apostoli verbis. Iam autem suprà admomimus, ex hac ipsa similitudine labefactari Aduersariorum sententiam de Reali Inexistentia & Orali manducatione. Nam vt credamus

damus Christum tradidisse suum Corpus pro nobis, quis diceret necesse esse, ut ipsum Christi Corpus realiter existat In, Cum, Sub Sono vocabulorum, aut ipsis vocabulis quæ auribus percipimus?

Ad odorem quod attinet: hæc sunt Pauli verba: *Christi bonus odor sumus Deo in iis qui seruantur & in iis qui pereunt: his quidem odor mortis ad mortem: illis vero odor vite ad vitam: quibus verbis absit ut Paulus dixerit, eos qui Euangelium fide percipiunt, odorem mortis percipere: sed ait se esse odorem mortis iis qui pereunt: quandoquidem Euangelium ab ipso Paulo annuntiatum vera fide non amplectuntur.* Aliud est igitur Ministerium Pauli, aliud ipse Christus ad vitam & salutem ab ipso Paulo prædicatus. Hæc enim pars est Ministerij: Denuntiare Dei iudicium iis qui non credunt, sed prætractè Euangelium reiiciunt: quibus Paulus fit odor mortis per accidens, ut loquuntur. Nam causa mortis non in Paulo prædicante fuit, sed in ipsis infidelibus.

Denique superiores Similitudines repugnant Aduersariorū sententiæ & euertūt istam realem Inexistentiam Corporis. Nec enim Corpus Solis realiter existit In, Cum, Sub luto, vel eius accidentibus, ut lutum induret: nec ipsum Corpus ex quo manat odor est in ipsis naribus: adeò ut hoc vno ipsorū argumento facile corruat istorum sententiā.

Sic etiamnum instant, Si soli vera fide
prædicti manducant Corpus Christi, ergo
Corpus & Sanguis Christi sunt in S. Cœna
vi fidei hominum, non autem vi verborum
Christi: atque ita penes homines esset effi-
cere, vt Corpus Christi sit præsens vel non
præsens. Atenim incredulitas nostra fidem
Rom. 3. Dei non euacuat, inquit Paulus.

Respondeo errorem esse ~~ad quod ro' est que~~,
nec satis accuratè illos differere, qui Instru-
mentum opponant causæ: quum tamen illa
duo coniunctissima esse oporteat: vt enim
Christus pro sua misericordia dat nobis
suum corpus & sanguinem: ita fides verbo
ipsius instructa confirmatāque, est Ratio
medium, & instrumentum quo sanguinem
Christi recipimus. Atque vt de Pauli loco
respondeamus non ita bene connectitur: Si
incredulitas fidem Dei non euacuat, ergo
fides non est instrumentum Corporis Chri-
sti recipiendi: quemadmodum non sequitur:
Si quorundam cæcitas lumen Solis non ob-
scurat: propterea Solis lumen oculis non vi-
deri. Porrò ipsa etiam fides qua Corpus
Christi percipimus nobis datur & ingenera-
tur in animis nostris per Spiritum Sanctum.
Hoc etiam obiiciunt, vt Oralem Mandu-
cationem Corporis Christi nobis, scilicet,
probent: Si fide tantum manducatur Cor-
pus Christi, & Fides extra Sacramentum
haberi potest: quorsum igitur Sacramen-
tum:

tum: aut quid amplius in ipso Sacramento percipitur? Respondeo Sacramētū eō fuisse institutum, vt maior sit fides ab ipsis signis exterioribus edocta & confirmata: Et quamuis res eadem proponatur: tum in predicatione verbi, tum in ipso Sacramento (cuius pars maxima est ipsa verbi prædicatione) tamen est differentia secundum plus & minus. Ut enim qui habent perspicaciores oculos, rem eandem, quæ simul vidēnda multis proponitur longè facilius ac melius possunt intueri: Ita quod fides est instructior, eō melius & efficacius Christum ipsum apprehendit: qua de re pluribus egimus in tractatu de Manducatione Spirituali. Sed nos ita vicissim ab illis quæramus. Si illa Oralis manducatio veri Corporis Christi (quam inculcant) communis est tam piis quam impiis indignè ad Sacram Mensam accendentibus (vt illi ipsi volunt) Ecquid igitur amplius percipiunt pij quam impij?

Verum enim uero sic rursus obiiciunt: finis Sacramenti non est de ipsis Sacramenti Substantia. Ergo Corpus Christi realiter in Cum, Sub Pane, vel eius Accidentibus, præsens sumitur ab impiis etiam & impœnitentibus, licet fructum tanti mysterij non percipient. Hæc illi. Quod quam verum sit, iam nobis dispiciendum est.

Si nomine Substantiæ intelligunt Materiam ex qua Cœna Domini tanquam ex Par-

tibus Integrantibus componatur , feren-
di non sunt. Nam S. Cœna non est aliquod
Totum *σωμάτον* , *ὑλικὸν* & Materiale : sed est
Diuinum Institutum & res mystica . Nec
l. 4 c. 34. eos iuuare potest Irenæus , quum ait , Eu-
charistiam constare duabus rebus , terrena
& cœlesti. Non enim verbo illo C O N-
S T A T voluit intelligere , Partes eiusmodi
Integrantes ex quibus Totum aliquod *ὑφε-*
σάμψιον conficiatur. Nam hoc esset *αὐτόλο-*
γον , & pugnaret cum ipsius Irenæi verbis ,
qui loquitur de re terrena & cœlesti : quæ
res non possunt constituere ynum *σωμάτον* ,
tanquam partes Integrantes , quum inter-
se plus quam toto genere differant. Sed lo-
quitur Irenæus de iis rebus quæ nobis in
hoc mysterio & sanctissimo Instituto propo-
nuntur. Quod quidem Institutum à Toto
Materiali & Integrali longissimè differt.
Quanquam autem nolo hīc copiosè differe-
re de Sacramentis (hæc enim res , nec est
nostri instituti & longiorem orationem a-
deoque Tractatum desiderat) tamen ut ad
hanc respondeamus obiectionem , necesse
est aliquid dicere de Sacramenti Definitio-
De Sacra-
menti defi-
nitione. ne. Sacramentum (quo nomine hīc non
solum signum intelligo , sed sacrum ipsum
mysteriū & Institutum Domini) non est a-
liquod simplex Subiectum : ac proinde defi-
niendum est *ex modis et rebus* , vt Philosophi
loquuntur. Nam quamvis constet duabus
re-

rebus, videlicet Signo & re Signata non tam
en existimandum est Sacramentum esse
 $\tau\omega\lambda\sigma\tau$ & tertiam quandam substantiam ex
duabus substantiis compositam : vt Meli-
cratum vel hydromeli ex melle & aqua com-
positum , quod nec mel est nec aqua , sed
aliquid tertium. Ex quo fit , vt si quis ita
Sacramentum definiat , vt sit tantum Com-
positio vel Coniunctio Signi cum re Signifi-
cata , ille certè non rem mysticam , sed rem
planè Physicam definire videatur. Atqui
constat , Sacramentum esse diuinum Insti-
tutum , ac propterea non posse accuratè de-
finiri prætermisso fine ~~evenit~~ . alioqui non
intelligeretur quid sit Sacramentum : atque
ita esset definitio non definiens. Ratio est ,
ipsa Instituti natura , quæ tria potissimum
requirit , vt rectè intelligatur , quid sit In-
stitutum : nempe vt cognoscamus , Quis
instituerit : Quid illo Instituto contine-
tur: & , Quem in finem sit institutum. Itaque
proponimus hoc Theorema non in Theolo-
gia tantum , sed etiam in plerisque aliis disci-
plinis verissimum.

Nullum Institutum rectè definiri po-
test , absque mentione finis illius propter
quem institutum est. Etenim , Institutum ,
est Medium tendens ad Finem aliquem.
Medium autem , nisi sine ad quem tendit
intellecto , intelligi non potest. Iam ut
ad quæstionem nobis propositam acceda-

inus: queritur inter nos, an finis quod Sacramentum Cœnæ Domini spectat, sit de ipsius Sacramenti Substantia: hoc est dicere, An Finis ov̄ ēveræ & propter quem institutum est ipsum Sacramentum veniat in illius genuinam definitionem. Quia verò ipsi etiam Theologis (à quibus nomen hoc impositum est Cœnæ Domini) varie accipitur & definitur, præstat usurpare illa ipsa vocabula quæ extant in Scriptura, ut res hæc facilius intelligatur. Vocatur i-
 1. Cor. ii. gitus à Paulo Κορινθιοῖς δεῖπνον. Iam quæro, an Cœna Dominica definiri possit absque mentione finis, propter quem est Cœna Dominica? Evidem affirmo non posse: dicitur enim Cœna Dominica, hoc est ab ipso Domino instituta: ac proinde nisi intelligatur quamobrem instituta sit, affirmo, inquam, quid sit Cœna Dominica à nemine vñquam rectè intelligi posse, idque ex Theoremate superiori. Itaque sic Paulus Corinthios ab vsu legitimo Cœnæ Dominicæ aberrantes grauissimè redarguens, Non est hoc [inquit] Cœnam Dominicam manducare: ac tum eos ad ipsam Institutio-
 nem tanti mysterij reuocauit. Perspicuum est autem ex ipsa Institutione Domini quoniam spectet & qui sit eius finis: nempe vt memoriam Passionis Christi celebrantes & annuntiantes mortem Domini donec ve-
 niat,

niat, simus Corporis pro nobis traditi & sanguinis pro nobis fusi adeoque ipsius Christi participes & vitam aeternam habeamus: ex hac sanctissima Christi concione apud Ioannem: *Panis quem ego dabo Caro mea est,* Ioan. 6.
quam ego dabo pro mundi vita. Atque haec quae dicimus ipsi Aduersarij agnoscunt in Baptismo, quum dicunt Baptismū nō significare, sed realiter esse peccatorum nostrorum sepulturam. Item, Baptismum non significare sed esse lauacrum Regenerationis: Ita enim illi inquiunt aduersus nostram sententiam disputantes. Sic igitur ex eorum ore concludamus. Si Baptismus est realiter peccatorum nostrorum sepultura per mortem Christi: & est Realiter lauacrum Regenerationis: profectò finis Baptismi est de ipsius Baptismi substantia. Nā & peccatorū sepultura, & regeneratio est finis Baptismi cetera & quia ratio dissimilitudinis reddi non potest, sequitur Cœnā Dominicā esse epulum nostræ Viuisicationis in Christo. Quæ quum ita sint, manifestum est nec Baptismum, nec Cœnam Dominicam absque fine cetera vel intelligi posse vel definiti: vnde consectarium est, stare non posse quod Aduersarij nobis obiciunt, Finem Sacrameti non esse de ipsius Sacramenti substantia.

Ergo ne inquieres, desinet esse Cœna Domini si impius & impoenitens ad sacram

mensam accesserit? Respondeo, quod ad Institutum ipsum attinet, esse Cœnam Dominicam, modò ex eius verbo ritè celebretur: sed non esse Cœnam Dominicam illi indignè manducati: quin potius esse Dominicæ Cœnæ profanationē. Hinc apparet quæ sit sententia Augustini toties Sacramentū à Re Sacramenti distinguenteris (hoc enim nobis liceat ipsius Augustini causā dicere, quem isti nihil tale promeritum vexare solent suis scriptis, quod Rem Sacramenti, aliam faciat ab ipso Sacramento.) Etenim ibi nomine Sacramenti externa symbola (quæ vulgo à Theologis vocantur Sacra menta, hoc est, sacra signa) vel exteri orum actionem Cœnæ Dominicæ intelligit; quæ quum distinguit à Re Sacramenti, per ritè & doctè, hoc est Augustinianè, loquitur. Ac ne erres, quum dixit Augustinus, & quum ipsis quoque dicimus, in Cœna Domini Corpus & Sanguinem Christi esse rem Sacramenti: intelligimus, Corpus & Sanguinem Christi adeoque Christum ipsum vinificum: ac proinde spiritualem nostri vi uificationem in Christo, esse Rem Sacramenti. Illi hactenus definiunt Rem Sacramenti, ut sit tantum Realis Coniunctio Corporis Christi cum Pane, & Sanguinis cum Vino. Quod si ita est, o nos igitur miseros, si propter Panem & Vinum, ac non potius propter nos sacram hoc Mysterium

rium institutum est! Verum enim uero nusquam Christum ita concionantem legimus. Ego sum in Pane & Panis est in me: Aut sum sub Accidentibus Panis & Accidentia Panis sunt in me: sed ita potius: *Qui edit* Ioan.6.
meam carnem & bibt meum Sanguinem (inquit) *in me manet, & ego in eo.* Hæc est igitur, hæc, inquam, coniunctio intelligenda, hæc vrgenda est potius quam externis signis adhærescendum : atque his sanctissimis Christi verbis quibus hanc quæstionem διατρέψει decidit, & quæ ne inferorum quidem potestates unquam nobis eripient, constantissime credendum est, SPIRITVS EST QVI VIVIFICAT. Sed ut ad rem Sacramenti redeam, nonne Sacramentum Cœnæ Dominicæ constare dicas Signo & re Signata? Ecquod igitur est Signum? Panis, inquis, Cedò igitur mihi Analogiam, quæ est inter Signum & Rem Signatam. Etenim ex Sacramenti Ecclesiastici natura; Analogia illa necessaria est: quæ si non sit: non est igitur Signum, ac proinde non est Sacramentum. Est autem ridiculum quod nonnulli dicunt Analogiam in eo esse: quod quemadmodum Corpus Datur, ita Accipitur. Nos enim non de Dandi & Accipiendi Actione & ritu loquimur, sed de ea Re quæ datur. Quanuis enim Dare & Accipere, sint Relata: non tamen omnis relatio est analogia Sacramentalis. Error est, *ποτὲ τὸ ἐπόμπεον.* Iā

quia Sacramentalis Analogia debet esse inter signum & rem significatam , sequeretur ex istorum sententia: Dare esse signum, & Accipere , esse rem significatam. Atenim id quod datur, accipitur , vi Relationis . Puerile est igitur istud subterfugium. Ceterum satis patet Nutrire , esse Analogiam in Cœna Domini inter Signum & Signatum. Quoadmodum .
Corpora nostra Pane & Vino nutriuntur: ita Christus suo Corpore & Sanguine animos nostros alit in vitam æternam. Ergo Corpus Christi est res significata sive Res Sacramenti: non (vt isti quidem existimant) quatenus est Realiter præsens & existens in Pane vel cum Pane vel sub Pane sive sub Accidentibus Panis: sed quatenus Christi Corpore Animi nostri nutriuntur : quandoquidem Analogia huius Sacramenti non est constituenda in Reali præsentia , sed in ipso alimento, vt dictum est. Nam Panis non nutrit quatenus est hic vel illuc præsens, nec quatenus cernitur, attractatur , ori imponitur: sed quatenus operante facultate naturali concoquitur & re ipsa cum Corporibus vnitur. Sic igitur dicamus ex ipsius Analogia regula. Si Corpus Christi esset Realiter præsens cum pane (vt volunt) & Ori Corporis imponeretur: certè non propterea esset Res Sacramenti , quia vt Christi Corpore Animus noster nutriatur , illud ore animi , hoc est , fide manducari necesse est , & ipsum Christum

Christum operante Spiritu Sancto, vnum nobiscum fieri, sine tamen naturarum vel cōfusione vel trāffusione. Ex quib. omnibus efficitur impiο indignè pānem māducātes, vt loquitur Paulus, exteriori Actuōni Cēnæ Dominicæ communicantes, non accipere Rem Sacramenti: quia ipsorum animi non viuificantur Christi Corpore & Sanguine, nec illi accipiunt Corpus & Sanguinem Christi: quia si acciperent, proculdubio viuificantur. Nec consentaneum est Corpus Christi ex parte rem esse Sacramenti, & ex parte non esse. Quum verò illi negare non possint Signum quidem, hoc est, panem ipsum Actu corpus alere aliqui non futurum Signum, deesset enim Analogia: quid erit causæ, cur idem de Re signata non dicemus? nempe Corpus Christi hactenus esse Rem signatam, quatenus ex illo Christus animos nostros viuificat. Alioqui plus tribuis Panī quām Christi Corpori. Nam panis semper est alimentum Corporale: Corpus autem Christi non semper est alimentum spirituale, si tibi credimus. Est quidem alimentum, inquis, quia potest nutrire, & proculdubio nutrīret, animos si fide manducaretur, spirituali manducazione, quæ alia est ab oralī Manducazione Corporis Christi. Itāne censes? At qui Panis non est signum quia potest nutritre, sed quia nutrit actu: ex quo fit ut idem de Christi Corpore statuendum sit. Nec O-

ralis Manducatio Panis , signum est Oralis
 Manducationis Corporis Christi (hoc enim
 si quis dicat , ille febrili quodam somnio
 delirare videatur) sed est Signum spiritualis
 illius Manducationis quæ fit ore animi , hoc
 est , fide. Atque hoc loco vide quām pa-
 rum tibi constes. Quum enim de reali pro-
 prietatum communicatione disputas : ais
 Corpus Christi esse viuificum , quod illa
 p̄prietas sit ei Realiter cōmunicata vi Vnio
 nis hypostaticę , qua de realib⁹ à nobis dispu-
 tatū est. Nunc autem quid tibi vis , qui exi-
 stimes Corpus Christi ita ab impiis mandu-
 cari , vt eorum respectu non sit Actu viuifi-
 cum? Certè ex tua illa priori sententia , sic in
 teipsum ratiocinabor. Aut non est Corpus
 Christi , aut est Corpus Actu Viuificum.
 Et si manducatur Corpus Christi , mandu-
 catur ergo Corpus viuificum , quia Vnio Hy-
 postatica est Actu . At impij non viuifi-
 cantur : Impij igitur non manducant Cor-
 pus Christi. Quod si qui Corpus Christi
 accipiunt , vitam spiritualem accipiunt. At
 Impij vitam spiritualem non accipiunt:
 Non igitur accipiunt Corpus Christi. Ind
 verò : (inquis , principium petens) acci-
 piunt Corpus Christi , sed Oraliter tantum ,
 non autem spiritualiter . Ergo si tibi credi-
 mus , Impij accipiunt oraliter spiritualem
 vitam , quam esse spiritualiter accipiendam
 haētenus Theologi censuerunt : quippe

πνευματικῶς πνευματικὰ συγχειρότες : inter quos , eosdēmque præstantissimos , Augustinum numeramus , qui quum acute & perite Sacramentum à re Sacramenti distingueret (id quod & alij præstantissimi qui que veteres fecerunt) cauit sibi ab horrendis illis incommodis , in quæ necesse est incurrit ij , qui quū sibi præclarè Signum cum Signato coniungere videantur , vtrunque commiscent & confundunt , tum in aliis rebus , tum in eo potissimum , quod Oram Manducationem non soli Signo , sed etiam Rei Sgnificatæ tribuunt . Quia verò qui Augustinum reprehendunt , eum libenter velint Irenæi flagellis castigare , idcircò hæc Irenæi verba August. sententiæ opponunt.

Quēadmodum , inquit , qui est à terra panis percipiens vocationem Dei iam non communis panis est : sed Eucharistia ex duabus rebus constans Terrena & Cœlesti . Sic & Corpora nostra percipientia Eucharistiam . Iam non sunt corruptibilia , spem resurrectionis habentia . Hæc Irenæus , quæ scilicet , isti opponunt Augustini sententiæ de Sacramento & Re Sacramenti : quum tamen Irenæus vocabulum Sacramenti ne usurparit quidem . At , inquiunt , Sacramentum Corporis Christi , & Eucharistia sunt Synonyma . Respondeo pro Augustino (nam tametsi nondum de Veterum sententia disserimus , tamen superior obiectio me adhor-

Irenæus cù
Augustino
conciliatur.
Contra
Her.lib.4.
c.34.

tatur ut hic aliquid dicam de Irenæi & Augustini sententia) Respondeo, inquam, illa duo vocabula varie usurpari, ac proinde ex locorum circumstantiis esse de Maiorum nostrorum sententia iudicandum. Augustino, Sacramentum est sacræ Rei Signum: quæ definitio totius Antiquitatis calculo comprobata apud Scholasticos etiam obtinuit. Eucharistia apud Irenæum exterius quidem Signum & Sacramentum significat, sed ita ut simul etiam coniungat Rem Sacrameti, eorum videlicet respectu qui vera fide spiritu liter Eucharistiam percipiunt, hoc est, communicant Cœnæ Domini & Mortis ipsius memoriam cū gratiarum actione celebrat. Quinetiam Rem Cœlestem ita exponit, ut non sit Realis quædam ipsius Rei Cœlestis coniunctio cum Signo, vel in Signo, vel sub Signo, sed potius effectum & fructus sanctissimi huius Instituti: ac proinde non dubitat affirmare, Corpora nostra non iam esse corruptibilia, quippe quæ spem Resurrectionis habeant. Quæ verba si Augustini Censores attéderent, nunquam profecto Irenæum opponerent Augustino: nec enim dubium est quin de præcepta sunt ex hoc Ioannis loco: *Qui edit meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego excitabo illum in nouissimo die.* Atque hæc de verbis & sententia Irenæi, cui præclarè cum Augustino conuenit. Quum igitur Augustini reprehensores

hensores duos illos viros præstantissimos inter se committere voluerint , neque id potuerunt iā illos ambos hac in re cōiunctissimos , istis reprehensoribus opponamus: in hunc modum.

Quicunque Eucharistiam percipiunt, illi integrum Sacramentum Corporis & Sanguinis Domini , eāque omnia quæ sunt de huius Sacramenti substantia (vt isti loquuntur) & (vt loquitur Augustinus) Sacramentum , & Rem Sacramenti percipiunt.

Illi demum quorum corpora iam non sunt corruptibilia , quippe spem Resurrectionis habentia Eucharistiam percipiunt: (iuxta sententiam Irenæi , qui his verbis eos qui percipiunt Eucharistiam, descripsit.)

Quare : Illi demum quorum corpora iam non sunt corruptibilia, quippe spem Resurrectionis habentia, Integrum Sacramentum Corporis & Sanguinis Domini , eāque omnia quæ sunt de huius Sacramenti substantia (vt isti loquuntur) & (vt loquitur Augustinus) Sacramentum & Rem Sacramenti recipiunt. Et vi huius conclusionis , Impij & impoenitentes qui ad mensam Domini indignè accedunt & indignè manducant panem hunc (vt loquitur Paulus) non manducant Corpus Christi,nec bibunt eius Sanguinem: hoc est: Rem quidem Eucharistiae terrenam,

sed non cœlestem (quæcunquamadmodum loquitur Irenæus) & (vt Augustinus loquitur) Sacramentum quidem, sed non Rem Sacramenti recipiunt. Ex quibus efficitur, finem, fructum, efficiuntque Sacramenti esse de huius Sacra menti substantia, sicuti demonstratum est. Hoc autem etiamnum facile perspici potest ex alia similitudine quæ est in hoc mysterio inter Signum & Rem Significatam: nempe quatenus Corpus Christi Mysticum & arctissima piorum coniunctio similitudine Panis exprimitur: ita docente Apostolo, his

1. Cor.10. verbis, *Panis quem frangimus nonne communio Corporis Christi est? quoniam unus panis, unus corpus multi sumus. Nam omnes unus Panis sumus participes.* Hæc Paulus: quæ illi in alienum sensum ita detorquent, vt dicant, Paulum hic non agere de Spirituali communione siue *noworka*: quæ sit per Fidem & quæ est piorum propria: sed tantum de externa communione quæ sit in fractione, benedictione & sumptione Panis: cuius suæ sententiae rationem hanc afferunt, quod Paulus dicat Omnes ex eodem pane participare: satis autem constet impios & impenitentes non esse participes spiritualis cum Christovnionis. Addunt & hanc rationem, quod quum Paulus sic ait: *Non potestis Mensa Domini participes esse & Mensa Daemoniorum:* nullam faciat mentionem fidei vel incredulitatis. Ut igitur qui idolothytis vescebatur, unum cor pus

pus omnes erant: sic qui Panem sacratum in Mensa Domini manducabant, vnum corpus cum illis erant quibuscum vescebantur: ita tamen ut nomen Corporis in hoc Pauli loco ad cœtum externum Ecclesiæ referatur. Hæc illi, de quorum interpretatione nunc nobis agendum est: eaque primùm refellenda, tum ad illas Objectiones respondendum, quas illi nostræ, hoc est, ab orthodoxis theologis constanter receptæ interpretationi opponunt.

Istam igitur Aduersariorum interpretationem repudio tribus rationibus longè gravissimis, quas ego sigillatim recenseo. Nimirum quia non est ἀνάλογος fidei: Deinde quia non est ἀνάλογος contextui. Denique quia est ασύστατος.

Non esse ἀνάλογον fidei inde appareat, quia nobis eripit doctrinam ut verissimam ita piutum omnium cum veterum tum recentiorum consensu receptam De Corpore Christi Mystico: etiam externis Cœnæ Domini symbolis adumbratam. Quemadmodum enim ex multis granis, unus idemque Panis conficitur: & vinum ex multis suis exprimitur: ita ex piorum sanctissimo consensu, & spirituali eademque arctissima coniunctione constat Ecclesia quæ est Corpus Christi Mysticum, quod quidem nos in Symbolo credere profitemur, videlicet Ecclesiam Catholicam sanctorum cōmunionem.

Hanc doctrinam certis Scripturæ testimoniis, ac præsertim hoc ipso loco Pauli de quo disputamus confirmatam, à primis usque Ecclesiæ Christianæ temporibus omnes Orthodoxi constantissime retinuerunt. Queramus igitur ex illis: velintne Spiritualem Ecclesiæ, hoc est Sanctorum communione pertinere ad finem nobis in Cœna Domini propositam, & eam in hoc sacro mysterio significari: nec ne? Si aiunt: res confecta est: quandoquidem ex Sacramentorum natura, necesse est externa Symbola gerere similitudinem eorum quæ significantur: facile ut iam appareat qui sit horum verborum sensus apud Paulum, *quoniam unus panis, unum Corpus muli sumus*: atque intelligamus panem habere similitudinem Corporis mystici. Sin autem superiorum Doctrinam negent de Spirituali Sanctorum communione, nobis significata in Cœna Domini: sic instamus. Si Spiritualis nostra cum Christo coniunctio significatur in Cœna Domini (ut antea nobis confirmatum est, & illi ipsi non negant esse finem fructum, effectumque huius Sacramenti) certe spiritualis etiam Sanctorum, hoc est, ipsius Ecclesiæ communio significatur in Sacramento Cœnae Domini, quod à nobis fusiū explicatum in Tractatu de Spirituali Manducazione Christi Corporis, peto à lectoribus ne grauentur legere.

Con-

Vide Aug. de consensu Euang. lib. 5. c. 15. Item ep. 54 & Cyprian. de Cœna Do- minii. &c.

Coniungimur enim Christo tanquam capti, ac proinde (rerum natura ita postulante) non potes coniungi cum capiſe, ut ex eo vitam haurias, quin simul sis membrum totius Corporis. Sicut Corpus unum est, inquit Paulus, & membra habet multa: omnia vero membra Corporis unius, multa quum sint, unum sunt Corpus, ita & Chryſtus. Etenim per unum spiritum nos omnes in unum Corpus baptizati sumus, sive Iudei, sive Graeci, sive servi, sive liberi. Et omnes in unum spiritum potati sumus. Hæc Paulus, Sacra menta Ecclesiæ Christianæ referens ad ipsius Ecclesiæ Spiritualem Coniunctionem, vnde Augustinus: sicut Corpus Christi, inquit, si volunt vivere de Corpore Christi. Sed nihil attinet plura commemorare. Satis enim perspicuum est, Communionem Sanctorum nobis in Cœna Dominica proponi: adeò ut hoc mysterium veteres vulgo Communionem appellarent. Inde quoque natum est Excommunicationis vocabulum, quum improbi, qui nullis monitis nullaque Ecclesiastica reprehensione ad Pœnitentiā adduci possunt, ita eiiciuntur ex communione visibili Ecclesiæ: ut intelligent, quandiu obstinati manent, se in Sanctorum communione non esse. Ex quibus omnibus efficio, istorum interpretationem quam redarguo, non esse ἀλογον fidei.

Sent. ex.
cerp. 338.

Secundo; affirmamus illam ipsam interpretationem non esse ἀνάλογον contextui.
 Primum autem omnium proferamus ἀνά-
 1. Cor. 10, λντιν loci de quo disputamus. Paulus ob-
 & 8. itigat eos Corinthios qui Idolothytis ve-
 scebatur, adeoque in ipso Idoleio cum Ido-
 latris accumbebant, id scilicet inter Adia-
 phora numerantes: Affirmat autem Aposto-
 lus hanc esse partem cultus Idolorum, ac
 propterea qui solennibus eiusmodi Idolo-
 latrarum coniuuiis intererant, eos esse De-
 moniorum participes. Hoc ut probet, utitur
 duobus potissimum argumentis: prius à
 Cena Dominica, posterius à legalibus Sa-
 crificiis, præsertim το χριστο, desumptum
 est: hoc modo: Quemadmodum in Cena
 Dominica exterrit Symbola quæ participa-
 mus sunt nobis tanquam pignora certissi-
 ma nostræ Coniunctionis cum Christo, &
 eius Communionis quæ Ecclesiae membra
 inter se arctissime coniunguntur: Itemque,
 quemadmodum Israelitæ, peracto Sacrifi-
 ciò, solenne epulum ex lege celebrantes, eo
 ipso testabantur se illius Sacrificij esse par-
 ticipes. Similiter illa coniuicia quæ intet se
 agitant idololatræ in quibus resuntur iis
 quæ suis idolis sacrificarunt, reddunt eos
 Dæmoniorum participes. Hæc est sententia
 huius loci, ut cuiuslibet contextus con-
 sideranti perspicuum esse potest. Nunc vi-
 deamus

deamus quām longē hinc resiliat superior
interpretatio de externo & visibili cōetu
Ecclesiæ.

1. Primum; Apostolus, non simpliciter
dixit, Corpus : sed quum antea dixisset Pa-
nem quem frangimus esse communionem Corporis
Christi: tum subiicit, nos esse unum Corpus:
elegantissimè transitum faciens à Corpore
& Sanguine Domini ad ipsius Corpus my-
sticum: ut patet ex serie contextus. Item: hoc
non est Apostolicum loquendi genus, ut
Corpus ~~est~~ ^{est} significet exteriorem congre-
gationem: nec usquam, vel Paulum, vel alios
Apostolos ita loquentes reperias : nec ita
Scriptura loquitur, quod maximi est momen-
ti ad falsas interpretationes redarguendas.

2. Item particula, ~~est~~, quæ rationem assert:
non potest illorum interpretationi conueni-
re. Nec enim panis quem frangimus idcir-
co est communio Corporis Christi, quia mul-
ti in unum locum conuenimus, vel quia su-
mus in cœtu Ecclesiastico: sed potius idcir-
co sacri illi conuentus habentur, ut panem
Dominicum frangentes, ipsius Domini Cor-
pus participemus.

3. Rursus: hæc simul sunt expendenda: unus
panis, unum Corpus multi sumus. Nam uno
Corporis debet respondere unione Panis. Sa-
tis autem constat, multitudinem granorum
simul collectorū non esse panē, sed acerū.

M.ij.

Vt autem ex multis granis vnum conficiatur panis, longe aliud requiri, quam simplicem granorum collectionem. Ex quo fit vt simili ratione exterior fidelium congregatio non constituat vnum illud Corpus de quo sic Paulus : *vnum panis, vnum Corpus multi sumus*: sed spiritualia & arctissima animorum potius quam corporum coniunctio requiratur. Ad hæc, istorum interpretatione & sententia pugnat cum ea ratione quam Paulus ducit ab Israelitis victimas edentibus, quos ait altaris hoc est ipsius Sacrificij esse participes; nempe ex prescripto Legis. Nam sacrificium cœtiuum Sacrificij Eucharistici, quod temporibus legis celebrabatur, non definiebat exteriori conuiuarum cœtu: sed testabatur conuiuas illos esse participes eius Sacrificij, quod ipsorum nomine peractum fuerat.

Amplius. Isti interpretationi repugnat ipsum Pauli propositum, qui duo illa argumenta cum ex Cœni Domini, tum ex conuiuis legalibus Eucharisticis petit, subseruiunt: nempe, eos qui Idolothytis vescebantur, & intererant solennibus Idololattarum epulis, idolorum cultui dicatis, esse, non Idolumque nihil sunt, sed dæmoniorum participes. Num enim illa dæmoniorum participatio ad exteriorem cœcum restringebatur?

tur? nonne potius Idololatræ reuera erant Dæmoniorum participes, cum ipsis Dæmoniis animo coniuncti? Quis igitur nō videt, non tantum de rebus externis, sed simul de rerum ipsarum effectis hic agi? Adde quæ alibi dicit Paulus: *quod consortium iustitiae cum iniustitia? que communio lucis cum tenebris: que concordia Christo cum Belial, quæ pars fidei cum infidei? quæ consensio templo Dei cum simula chris?* Nam vos Templum Dei estis: quapropter separamini & impurum ne attingite. Hęc Paulus.

6. Præterea si Paulus de Cœna Domini differens non intelligat veram & Spiritualem cum Christo coniunctionem: itemque arctissimam illam fidei & charitatis communionem qua fideles inter se deuinciuntur: quò tandem, obsecrō euadet Pauli ratiocinatio? vbi erit vel ῥωτχεια vel σωμαφεια ipsius Ratiocinationis satis-ne apte ducetur argumētum ab exteriori Christianorum congregatione ad illam coniunctionem, qua Ethnici, suis Sacrificiis & conuiuiis celebrandis, cum Dæmoniis, non tam corpore, quam animo, copulabantur?

7. Denique oppositio Mensæ Domini & Mensæ Dæmoniorum satis id euincit quod dicimus. Nam si Mensæ Dæmoniorum participes, erant quoque Dæmoniorum suo exitio participes: certè illi demum dicendi

sunt Mensam Domini participare , qui vere & ad salutem Christum ipsum participant. Etenim qui iudicium sibi manducant & bibunt , quomodo recte opponentur illis qui sunt participes Dæmoniorum ? Quemadmodum igitur fieri non potest , ut quis simul sit particeps Christi & Dæmoniorum : ita fieri nequit ut idem sit simul Mensa Domini & Mensa Dæmoniorum particeps. Itaque statuendum est , Pauli verba de communione Corporis Christi in hoc loco de quo disputationem , esse de Spirituali veritate & fructu & fine huius Sacramenti : adeoque de vera membrorum corporis inter se & cum suo Capite coniunctione intelligenda : non autem restringenda ad eorum exteriorem congregationem qui Cœnam Dominicam celebrant , quemadmodum isti volunt , quorum interpretationem ostendimus non esse ipsi Apostolico contextui ἀνάλογον .

I. Restat ut probemus hanc interpretationem esse ἀδύσατο , hoc modo . Sequeretur , si istis interpretibus credas , contextum Pauli ita esse intelligendum : *unum Corpus multi sumus* , hoc est , nos qui multi sumus simul congregati (nam de multis illis loquitur , qui vna Dominicam Cœnam celebrabant) sumus multi simul congregati : quā ἀδύσατο apage sis ab Apostolica , id est , ab accuratissima ratiocinatione . Ecquid n . aliud erit in attributo

tributo quām in subiecto, si vocabulum Corporis significat tantum exteriorem Christianorum congregationem: necesse est igitur hæc verba Pauli, *vnum Corpus*, esse significantiora quām vt ad exteriorem illum cœtum restringantur.

2. Item si valeret illa interpretatio de nuda exteriore congregatione. Ergo horum verborum Pauli, *vnius panis, vnum corpus multis sumus: nam omnes vnius panis sumus participes*, hic erit sensus: Nos qui celebramus Cœnam Domini constituimus vnum cœtum externum: eò quod omnes sumus participes vnius panis, hoc est, eò quod omnes celebramus Cœnam Domini, quod est *euangelio*. Sic enim potius dicendum esset. Nos in vnum conuenire vt sanctissimum hoc mysterium celebremus, non tam corpore, quām animo coniuncti. Multa alia consumilia occurrent lectoribus, quoties attentè superiore illam interpretationem cum Apostoli contextu conferre volent. Quare supereft ut uno verbo eorum Obiectiones diluamus.

Paulus, inquit, affirmat, omnes ex eodem pane participare. At Impij indignè accedentes non sunt participes Spiritualiis vunionis cum Christo.

Respondeo: primū Paulum non dicere simpliciter Omnes: sed Nos omnes, *ei πάντες*

M.iiij.

μετέχομεν, quod de pīis cum vera fide & penitentia ad Meritam Domini accedentibus intelligendum est: id quod Articulus 61. maximè indicat.

- Atque hoc loquēdi genus rā sāpe usurpatum in Sacris literis, miror ab illis non animaduersum. Sic enim alibi Paulus. *Nos omnes per unum spiritum in unum Corpus baptizati sumus: Et omnes una oratione potassimus in unum spiritum;* Item: Sublimis Hierusalem libera est, que est mater omnium nostrūm. Item: donec euadamus omnes in unitatem fidei, Ephes. 4. & agnitionis filij Dei in virum perfectum. Item: *Qui proprio filio non percussit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non etiam cum eo Rom. 8. omnia nobis donabit? quis imitabitur crimen aduersus Electos Dei?* Et reliqua plus quam aurea, non ad impenitentes & hypocritas, sed ad sanctos & electos pertinientia. Ex quo fit ut Ioannes sic dicat de illis qui desciuerantā verā Religionē. *Enobis egredissentur, sed non erant ex nobis: Nam si fuissent ex nobis permanissent utriusque nobiscum: & consimilia pleraque.* Ex quibus facile intelligitur, Paulum ita loqui generaliter, ut ipsius oratio ad pīos sit, non autem ad reprobos, referenda. Itaque se ipse socium adiungit his verbis: *Panis quem frangimus. Unus panis, unum corpus multis sumus. Unius panis sumus participes, &c.*

Si quis

Siquis autem à nobis rationem quæfat,
 quamobrem ea quæ sunt Electorum pro-
 pria, passim in Scripturis tribuantur gene-
 raliter illis omnibus qui Christianam Re-
 ligionem profitentur: neque tamen ad hy-
 pocritas & reprobos pertineant: sic habeat.
 Prædicationem Euangelij, Sacraenta, eā
 que adeò omnia quæ ad pietatis studium
 referuntur, propter Electos esse instituta,
 ex quibus propriè constat Ecclesia Dei. Sed
 enim quia non nostrum est iudicare Elec-
 tos à Reprobis, & charitas iubet nos be-
 ne de illis omnibus sperare qui Religio-
 ne in Christianam profitentur: ed fit ut Scri-
 ptura de natura, usu, fine, effectisque tum
 Euangelicæ prædicationis tum Sacramen-
 torum, sæpen numero generaliter loquatur:
 perinde ac si illi omnes quibus Euange-
 lium prædicatur & sacra mysteria admini-
 strantur, fructum tantarum rerum percipe-
 rent. Si Christus Prophetam citans: Erunt Ioan. 6.
omnes edicti à Deo. Et alibi: *Si sublatus fuerit* Esa. 54.
è terra omnes traham ad meipsum. Et Aposto- Ioan. 12.
lus: Gratias agimus Deo semper de omnibus 1. Thess. 1.
vobis, &c. ut qui sciamus, fratres diletti, vos 1. Tim. 4.
esse à Deo electos. Item, *T ei ipsum seruabis &* Rom. 13.
eos qui te audierint. Et alijs plerique loci con-
 similes, in quibus loquendi modus genera-
 lis, non comprehendit hypocritas & repro-
 bos, sed ad pios homines & sanctos restrin-

Rom. 10. gendus est: vt & hęc generalis Pauli sententia. Conclusit Deus omnes in contumaciam, ut omnium miseretur. Sed de huius loci Apostolici interpretatione satis iam multa. Reliquas huius tertiae Obiectionis partes paucis iam absoluamus.

Simile quod proferunt de lumine cuius
ἐρήμησαν dicunt esse in *Διαφανεῖ*, etiam si cæcus adsit: præter quām quodd continent multa dissimillima (quæ nunc non discutio, nec enim opus est) facile in eos retorqueri potest hoc modo. Quemadmodum cæcus nullo modo participat lumen, sed illi demum participant qui prædicti sunt videndi facultate: ita Impij & increduli indignè accedentes ad Mensam Domini non participant Corpus Christi, cuius illi demum fiunt particeps qui, vt oculis, ita vera fide ipsum percipiunt. Fides autem Corpus Christi in celo existens, ita contemplatur, vt purissimis eius radiis illustrata, vim illius & *ἐρήμησαν* persentiat, nosque cum illo arctissime coniungat. Sed de his hactenus.

Supereft ut Syllogismum ab Aduersariis propositum exutiamus.

Quisquis manducat panem Cœnæ Dominicæ, is manducat Corpus Christi.

Impij manducant panem Cœnæ Dominicæ: Ergo, Impij

Impij quoque manducat Corpus Christi. Maior propositio continet duplicem petitionem principij. Primum enim queritur inter nos: an impij sacrum panem Cœnæ Dominicæ manducantes, manducent etiam Corpus Christi: hoc ut isti probent, scilicet, affirmant generaliter omnes manducantes sacrum illum Panem, Corpus etiam Christi manducare: quod quidem non probandi sed petendi principii genus, non à Theologis modo, verum etiam ab omnium disciplinarum tractatoribus iampidem explosum est. Aliter etiamnum Principium petunt. Nam si roges illos, cur, omnes sacrum illum panem manducates, manducent quoque Corpus Christi: Respondent quia Christus dixit: *Hoc est corpus meum*: quorum verborum interpretatio quum inter nos controuersa sit, illi ex sua, non ex verborū Christi sententia, perpetuo argumentantur. Iam autem sèpè à nobis explicatum est quibus modis, tum sacer ille Panis, tum ipsum Christi Corpus comedatur: videlicet, Panis Corporali, & Corpus Christi Spirituali modo: quod quidem nihil opus est hic repetere. Minor propositio debuit esse restrictior. Sed de hoc Syllogismo principium petente hactenus. Iam enim aliæ Aduersariorum Obiectiones expendendæ sunt.

OBIECTIO IIII.

H-b 7. &c
8. **N**ouum Testamentum est præstantius Ve-
tere, inquit Apostolus, Ergo Noui Testa-
menti Sacra menta oportet esse præstantiora Sacra-
mentis veteris Testamenti. Ia que quum vete-
ris Testamenti Sacra menta Res ipsas tantum
significarint, efficitur Noui Testamenti Sacra-
mentis, Rem presentem, hoc est, Corpus Chri-
sti realiter exhiberi. Alioqui maior esset glo-
ria veteris Testamen ti: & nostra Sacra menta
essent Imperfectora, d' d' u' w' atov.

RESPONSIO.

Istius Consequentis errores ita recensentur.
Primus ertor, est quum ait, Sacra men-
ta veteris Testamenti tantum significantur:
quod perinde est ac si dicant fuisse tantum
Signa nuda: ac proinde veteres Israélitas
non fuisse participes veritatis significantur.
Quod si verum esset, actum est igitur de
Veterum illorum salute. Nam extra Chri-
stum & ipsius *κονσειαν* nulla est salus. Ne-
que Maiores nostri potuere salutem un-
quam adipisci alia ratione, quam Christi
beneficio. Et licet Christus nondum ipso
facto Carnis extantis participatus fuerit,
tamen ius insitio his in ipsam carnem iam
obtinebant vera fide, cui futura sunt p̄f-
ficiaria:

sentia: & quæ, ut nullis locorum spatiis,
ita nullis potest temporum interuallis im-
pediri. Ex quo fit, ut dicatur Christus A- Apocal.
gnus occisus ab origine mudi. Audiamus igitur
quid Scriptura statuat de piis maioribus.

Abraham vidit diem meum, & gauisus est. Ioan. 8.

*Abraham credidit Deo, & ei imputatum est R. Rom. 4.
ad iustitiam. Et accepit signum Circumcisio-*
*nis, signaculum Iustitiae fidei, ut sit pater omnium cre-
derium.*

*Si cœs Christi, estis igitur semen Abraham, & Gal. 3.
heredes secundum promissionem.*

Quid ex fide sunt benedicuntur cum illo fidele. ib.
*Abraham. Vnde Esaias de Christo venturo Es. 53.
verba faciens. Correctio nostra pacis super
eum, & liuore eius sanati sumus, Dominus reiecit
in eum iniquitates nostras. Licet enim hoc be-
neficium de quo locutus est Propheta ad
Gentes etiam porrigitur, tamen obseruan-
dum est, Ecclesiam Israëlis loqui, aut Pro-
phetam ipsius Ecclesiae nomine: ita ut &
Christus ipse & beneficium Christi iam cum Rom. 15.
ad Israëlitas pertinuerit. Item Paulus: Dico & 9.
Iesum Christum fuisse Ministrum Circuncisio-
nis ad confirmandas promissiones patrum. Con-
stat autem Sacraenta veteris Testamenti
fuisse ipsarum promissionum pignora ac
proinde non nuda signa, ut isti volunt. Quis*

enim eorum fuisset usus? quis fructus? at
 que hoc illud est, quod disertis verbis te-
 z. Cor. 10. statur Apostolus: *Patres nostri eandem escam*
spiritualem manducauerunt, & omnes eundem
potum spiritualem biberunt. Bibebant enim ex-
sequente petra spirituali, Petra autem erat
Christus. quem locum suprà iam vindica-
wimus à falsa quorundam interpretatione,
qui eandem escam inter ipsos Israe-
litas, non eandem nobiscum escam ex-
ponunt. Quum enim nominatim Christi
mentionem faciat, qui est animarum no-
strarum al' mentum: sequitur ut quum Ve-
teres fuerint, Apostolo teste, ipsius Christi
participes, eandem illi nobiscum escam
participauerint. Quid quod Paulus statim
 Ib. *subiicit? Ne tentemus Christum, sicut qui-*
dam eorum tentarunt. Si ergo infideles Israe-
litæ & increduli Christum verè tentarunt:
 Heb. 11. *cur non vicissim Israelitæ fideles Chri-*
stum verè participarunt? Huc spectat quod
Apostolus de Mose, Maiores arbitratus
dinitias probrum Christi, quam Aegyptiorum
thesauros: Intuebatur enim in premi largitione.
Atqui id Mosen per fidem fecisse ibi-
dem. Apostolus affirmat. Eadem est gra-
tia, inquis, sed discriminem est in Re Si-
gnata. Quamobrem obsecro? tunc gratiam
Christi sine Christo ipso, & Alimentum
sine cibo consideras? aut (quod vos ali-
 quando,

quando , vel potius nimium s^epe nobis obiicitis) Signum à Re Signata planè dianellis ? Longe aliter Christus nos docuit, quum nos iubet suam carnem manduca-
re, vt in se maneamus & habeamus vitam eternam. Ex tuis igitur verbis ita concludo:
Si in vtroque Testamento eadem est Christi gratia: & in Nu^o Testamento Christi gratia illis demum confertur qui Christum ipsum vera fide recipiunt : Ergo idem de ve-
teri Testamento statuendum est. Sed cur non eos refelliimus ex ipsa differendi scientia?
Nam si vetera Sacra^{menta} Christum signi-
ficabant tantū, Et nostra Sacra^{menta} Chri-
stum exhibent (quemadmodum illi tradunt)
differentia non est in Re, sed in Rei modo.
Nam si Christus significatus, Re differt à Christo exhibito, sequitur, aut duos esse Christos , aut Christum à seipso differre,
quod vtrunque absit. Christus enim est tum exhibitionis,tum significationis fundamen-
tum. Quamobrē quum hoc sit Sacra^{mento}rum proprium, vt doctrinā ipsam obsignent:
efficitur non aliam esse constituendam dif-
ferentiam inter Sacra^{menta} vtriusque Te-
stamenti,quam que in vtriusque Sacra^{men}ti doctrina constitui solet. Quemadmo-
dum igitur in doctrina veteris Testamen-
ti proponebatur Christus Redemptor &
Seruator totius Ecclesiaz , nondum tunc

Ioan.6.

mundo exhibitus, sed tandem suo tempore exhibendus: ita in Sacramentis veteris Testamenti proponebatur Christus suo tempore exhibendus, quum in nostris Sacramentis proponatur tandem suo tempore exhibitus. Quia verò est hæc vis fidei ut res futuras, absentes & remotissimas, faciat præsentes (Est enim fides, inquit Apostolus, eorum quæ sperantur ὥπος αγαγίς, & eorum quæ non videntur ελιγχός) idcirco pīj Maiores nostri quorum fidem tantopere commendat Apostolus sub veteri Testamento Christum suo tempore tandem exhibendum, tanquam præfitem, vera fide amplexi sunt: atque his fidei oculis Abrahamus vidit diem Christi, & gauisus est, inquit ipse Christus. Denique quum ipse Abrahamus fuerit iustificatus ex fide, ut paulò antè ex Paulo diximus: certè, aut Iustificatio fidei est sine Christo, (quod est ἐλεός οὐρανοῦ:) aut Abrahamus fide iustificatus, vera fide etiam non significationē Christi, sed Christum ipsum amplexus est, (quod est ὥρας οὐρανοῦ). Sed iam alios errores superioris Objectionis recenseamus.

Secundus error hic est, quod nō satis recte citat locū Apostoli, ac proinde nō recte ex eo cōcludut: Nec enim Apostolus Sacramenta

cum Sacramentis: sed Testamentum cum Testamento comparat. Quanquam autem Veteris & Novi Testamenti eadem est Substantia, tamen Apollolus affirmat Novum Testamentum esse præstantius, nimirum quia in Novo Testamento impleta sunt promissiones factæ in veteri Testamento Patribus de Christo: ac prouide nostra cōditio præstrior est, quandoquidē Veteres in Christum credebat, tandem aliquando in carne manifestandum: nos in Christum credimus, iam in carne manifestatum, & nunc cœlesti gloria præfulgentem: adeo ut cuius illi tantum radios tenebāt, nos eius luce clarissima perfundemur. Itaque discriminus non est in Rei substantia, sed in ratione exhibitionis, quam esse hodie clariorem & præstantiorem, absit ut negemus. Perperam igitur opponunt Aduersarij Substantiam Exhibitioni: quam potius Exhibito Christi Veteribus facta, cum ipsius Christi exhibitione, quia nos hodie fruimur, comparanda fuerit. Ex quo fit, ut incommodum non bene assignent hoc modo. Alioquin, inquiunt, maior erit gloria Veteris quam Novi Testimenti. Primum enim, dicendum potius fuit, eandem statim gloriam utriusque Testimenti. Deinde ne hoc quidem consequitur ex varia ratione Exhibitionis, ut dictum est.

Tercius error est in Connexi falsitate. Si Sacra menta Novi Testimenti Christum præsentem exhibent, inquiunt, Ergo Corpus

N.j.

Christi realiter existit præsens In, Cum, Sub Panie, aut Panis accidentibus, & oraliter manducatur. Non sequitur. Nec enim Christus exhibetur corporali modo præsens, sed Spirituali: illa autem realis Inexistentia quam inculcant, pertinet ad Corporalem modum Exhibitio-
nis, ut iam antè sæpius à nobis dictum est: quā-
doquidem realis præsentia & existentia Corpo-
ris, nō potest esse nisi Corporalis: alioqui (quic-
quid tandem prætexant) constitueretur Cor-
pus non Corpus: Corporale & non Corpora-
le: & præsentia non præsentia. Quamuis autem
Corpus Christi in cœlo existat, nobis tamen
exhibetur, non Corporali, sed Spirituali præ-
sentia: nec respectu nostrorum Corporum que
in terris versantur (nec enim de crasso corpo-
rum contactu agitur) sed fidei nostræ respe-
cta, quæ virtute Spiritus S. subiecta, supra res
istas fluxas & mortales, Corpus Christi in Cœ-
lo realiter existens, contemplatur & percipit:
id quod copiosius exposuimus in superiori
Tractatu de Manducatione Spirituali Corpo-
ris Christi.

1 Cor. 10.

Quid autem hīc obiiciant operæ pretium
hīc considerare: Paulus affirmat, inquit, hæc
illis accidisse in figura: Ergo quantum distat
umbra à Corpore, tantum Sacra menta Veteri-
ris & Novi Testamenti inter se differunt. Re-
pondeo: primùm Pauli verba non esse ad Sa-
cra menta Veterum restringenda: sed esse im-
primis accommodanda historiæ quam com-
memorat.

memorat. Sic enim Paulus: *hæc autem typi nostri ib.*
fuerunt, ut ne concupiscamus res malas, sicut illi
concupierint. Vbi velim attentè vocabulum No-
stri expendi. Et paulò post, hæc omnia typicè eue-
nientebant eis. Deinde, viciose ita concluditur. Si
typi fuerunt, ergo Veteres non habuerunt ip-
sarum Rerum veritatem. Quis enim dubitat,
etiam Novi Testamenti Sacramenta vocari An-
titypa, quemadmodum Petrus de Baptismo lo ^{1. Pet. 3.}
quatus est? Absit igitur ut Typi Veterū fuerint
nudi typi sine veritate. Nā eiusmodi Typos De-
veracissimus adeoq; ipsa veritas nō proponit.

Atenim, inquiunt, Veteres Doctores tra-
 diderunt Sacra menta Veterum in populo Is-
 raelitico fuisse signa Sacramentorum Ec-
 clesiæ Christianæ. Respondeo: hanc esse Veterum
 sententiam: Sacra menta Legalia ad Christum ipsum spectasse: ac proinde, nostra Sacra-
 menta in locum Veterum Sacramentorum successisse. Nec enim Veteres Doctores Paulo
 contradixerunt, id affirmanti quod nos affir-
 mamus. *Pascha nostrum immolatum est, nempe* ^{1. Cor. 5.}
Christus: itaque festum agitemus non fermento ve-
*teri nec fermento malitia & nequitia, sed non fer-
 mentatis panibus sinceritatis & veritatis. Item, Pa* ^{1. Cor. 10.}
tres nostri eandem escam spiritualem ederunt &
eundem potum biberunt: Petra autem erat Chri-
stus. Item, Quæ sunt umbra rerum futurarum: at
Corpus Christi. In quo loco Paulus comparat Coloss. 2:
legales ceremonias cum ipso Christo, non cum
nostris Sacramentis, ut nonnulli ex Aduerla-

riis dicitur. Sic igitur male concludunt. Si Agnus verè comedebatur, Ergo in Eucharistia Corpus Christi verè & oraliter comeditur. Nū figuratè comedebatur Manna? Ergo nec Christi Corpus, inquit. Nec enim, ut iam dixi, Veterum Sacra menta fuerunt signa nostrorum futuorū, sed fuerunt Signa Christi venturi.
 Ioan.6. Et quād Christus de Manna & de sua Carne dissereret apud Ioannem, non Manna cum Eucharistia, sed cum illa ipsa Carne comparauit. Neque id ferri potest, Sacramentum esse, non Rei, sed Sacramenti Sacramentum: ne progressus fiat in infinitum: & (ut aliquando v-

A.d.u.hxrel. teribus hæreticis obiiciebat Irenæus) semper l.4.c.35. typi typorum & imagines imaginum adinueniantur. At Signum non refertur ad Signum,

sed ad Rem significatam, ut cuius perspicuum est. Quod si Veterum Sacra menta fuerint nostrorum Signa, certè non in gratiam Ecclesiæ veteris, sed nostri causa, vetera illa Sacra menta instituta sunt, quod falso est.

Adjiciunt, Corpus Christi non figuratè māducari, cò quod Agnus & Manna non figuratè sed realiter & oraliter edebantur. Quid? Nonne Panis ille sacer etiam realiter & oraliter māducatur? Quod si Corpus Christi ita editur ut Agnus & Manna edebantur: certè Corporaliter editur: ad u'ator. Item: Sic liceret ex hoc argumento concludere: Si Agnus realiter non figuratè mactabatur, & coquebatur (hoc enim pars erat Sacramenti, ut & immolatio) antequam

Quam eo vescerentur Israëlitæ: ergo (absit verbo blasphemia) idem de Corpore Christi dicendum est: Absurdissimum & quod pœnae aures refugiant. Quod si in hoc Connexo, Manducare Christi Corpus, verbum, Manducandi, non accipitur figuratè sed propriè, ergo Christi Corpus manducatur, ut reliqui cibi ad corpus hoc sustentandum: hæc enim est propria significatio verbi Manducandi. Et quia in vera & propria Manducatione cibus non tantum ori admouetur, sed etiam teritur dentibus, & in ventriculum demittitur: non iam Oralis Manducatio tantum constituenda fuerit, sed etiam Dentalis & Gutturalis: quibus absurdissimis commentis opponimus hanc clarissimam & expressissimam Christi sententiam de Manducanda sua Carne: *Verba quæ loquor vobis Spiritus sanctus sunt & vita sunt.* Sic igitur potius coniectendum est: Si signum oraliter manducatur, Ergo Res Significata non oraliter manducatur, quia discrimen adhibendum est inter Signum & rem Signi. At, ut isti volunt, Signum exequaretur cum Re Signata. Ceterum Agnus Paschalis non significabat Christum aliquando in Eucharistia à Christianis comedendum, sed potius Christum suo tempore pro Redemptione totius Ecclesiæ crucifigendum.

Sic igitur Argumentum in nobis obiectum retorqueamus. Si Sacraenta nostra sunt prestantiora Sacramentis Veteris Testamenti, ut isti obiciunt, & ipsi Veteres non subsistebant

in rebus terrenis & aspectabilibus, sed vera fide ad Reim significatam assurgebant: Ergo id nobis hodie longè maiori ratione præstandū est. Neque debemus animos nostros ita in res terrenas demergere ut Christi Corpus In, Cū, Sub Pane vel sub Panis Specie, queramus. Item: Si Veteres fuere participes Christi nondū in carne exhibiti, & quum humana eius Natura nondum Actu existeret (ut à nobis probatū est) cur igitur præcisè vrgetur Realis Inexistentia Corporis cum Pane vel sub Specie Panis, ut illam Escam spiritualem hodie manducemus, & illum potum spiritualem bibamus? Si Veteres potuerunt Humanam Christi naturam quum nondum Actu existeret, fide percipere: cur non poterimus Christi Corpus Corporaliter tantum & Localiter à nobis disjunctum fide percipere?

Porrò sic aduersus Pontificios concludimus: Si Manna fuit similitudo Eucharistiae, quemadmodum existimant. Ergo: quemadmodum Manna re ipsa edebatur, non autem sola eius Accidentia: idem quoque de Pane quod est Symbolum Christi Corporis dicendum erit.

OBIECTIO V.

Vidi Spiritum S. descendenter de Cælo. Ergo cum Signo praesens aderat Spiritus S. Quod idem de statu Christi dicendum est. Et de linguis igneis. Et ut Consequentis Corpus Christi est in Pane cum

Ioan. 1.
Ioan. 20.
Act. 2.

cum pane & sub pane vel sub specie Panis : Et in forma Panis Corpus Christi dicitur videri & attractari: non in proprietate essentiae, quemadmodum Spiritus Sanctus, in proprietate essentiae visus non est.

RESPONSIO.

Totum hoc Argumentum est *per alios eis* ἀλλοί τέρος. Agitur enim inter nos de Reali existentia & præsentia Corporis, non de Reali præsentia Spiritus Sancti. Agitur, inquam, inter nos de Humana Christi natura, quam affirmamus nec Vbiique, nec pluribus in locis simul esse posse. Hic autem nobis opponitur Spiritus Sanctus quem satis constat vbiique esse, quippe quum sit Deus.

Secundus error. Quum variis modis intelligisoleat præsentia Spiritus Sancti, nempe Essentiaz & potestatis diuinæ, qua vbiique est, & omnia fouet accōtinet: Item, Gratiaz, qua non vbiique est, sed tantum in fidelibus: Itēm que præsentia Peculiaris, Spiritus Sancti in Christo secundum humanam eius Naturam de qua sic Ioannes: Deus non dedit ille Spiritum ad Ioan 3. mensuram: Et alibi: Ex plenitudine eius accepi Ioan 1. mis omnes superior obiectio illos modos cōfundit, & nullum retinet. Nam si velint Spiritum Sanctum præsentem adfuisse, præsentia Essentiaz & potestatis, id nō cōueniet cū eo loco quem citant. Quorsum enī peculiare illud

Colubæ Signum, si agitur de Omnipræsentia Spiritus Sancti? Num Christus erit cū omnibus rebus cœtatis ex æquandis? Absit. Si in maiori intelligere præsentiam gratiæ: tunc illa præsentia non erit constituenda vel in Signo vel cum Signo vel sub Signo, sed in animo eius qui Spiritum Sanctum recipit. Vnde Paulus: *Misit Deus Spiritum filii in corda nostra: Signum autem exterius non est deus, sed humilitas præsentia.* Denique si locus hic nobis obiectus exponendas est de modo illo peccati, quo Spiritus Sanctus dicitur esse in Christo (ut suadet loci circumstantia) certè illa præsentia Spiritus Sancti nō potest constitui in, Cū sub signo, alioqui non erat præsentia peculiaris ipsi Christo: ne mihi repetendum sit quod nunc dicebam. Signum exterius non esse capax eiusmodi præsentia.

Tertius error, quum ab eo quod semel tantum idque præter ordinem & miraculum factum est, argumentantur ad id quod ordinatum est in Ecclesia, cuiusmodi est Sacramentum Cœnae Domini; ex hoc Christi præcepto, *Hoc facite.* Iam si quam vim habeat superior obiectio, certè id fieret proprietatum similitudinem. Nam hoc Aduersarij argumentum ducitur ab exemplo. Atque valde dissimiles comparentur: nempe Corpus Christi, cum Spiritu Dei: Panis vel Species Panis cum Columba: & quod semel & miraculosè factum est, cum eo quod est ordinatum

tium in Ecclesia. Quare opponimus hoc Theo-
rema.

A rebus extraordinariis ad res ordinarias ne-
cessaria argumenta non ducuntur. Debemus
enim in illis ratiocinari πῇ καὶ πῶς καὶ ὡράτως.

Quartus error , quod non satis recte hic
locus ab iis exponitur , & ex locis Scripturæ
male intellectis bona Argumenta duci non
possunt: χαλεπὸν εἰ τῶν μη καλῶν εἰς χόντων λέγειν
καλῶς inquit ille. Nam illa species Colum-
bæ quæ tunc apparuit , non eò spectabat,
ut significaret Spiritum Sanctum esse in il-
lo exteriore Signo: sed potius esse in Chri-
sto : ac propterea dicitur resedisse super
Christum : neque tunc cœpit Spiritus San-
ctus esse in Christo quum signum illud Spi-
ritus Sancti apparuit. Itaque quum Spi-
ritus Sanctus sit inuisibilis , hæc verba Ioan-
nis. *Vidi spiritum descendente*, hunc habent
sensum : Ioannem ex illo signo exteriore co-
gnouisse , plenitudinem Spiritus Sancti in
Christo habitare : quemadmodum Ioannes
ipse testatus est , quum diceret *Spiritum Chri-* Ioan 3.
sto non datum esse ad mensuram. Et Paulus , *pla-*
cuit Deo ut omnis plenitudo Deitatis in Chri- Col 1.
sto habitaret.

Quintus error est Connexi falsitas. Nec
enim sequitur : si Columba vocatur Spi-
ritus Sanctus , propterea Spiritum Sanctum
fuisse Realiter cum Columba de Omnipræ-
sentia Spiritus Sancti hic non dispergo , de

qua paulò antè egimus, sed via Connexionis tantum exutio. Ratio est: quia oportet hanc propositionem esse veram. Quotiescumque vni rei tribuitur Nomen alterius, tum significari Realem & Essentialēm præsentiam & coniunctionem utriusque rei: quod longè secus est: & sexcentæ iusæcæ in contrariam partem asserti possunt. Nam constat inter omnes, Signo passim tribui nomen Rei significatæ in Scriptura: et Signum denominatiæ termino ad quem. At, quod sciam, ne unus quidem in Scriptura locus est, ex quo suam illam propositionem confirment. Hæc cœnacū verba Ioannis *Manus nostræ contredicuerunt*, de sermone vita &c. ad Unionem hypostaticam esse referenda satis est perspicuum. Neque minus perspicuum est, Panem & Corpus Christi non coniungi unione Hypostatica. Denique quandoquidem isti *ad p̄ntorū vrgere se simulant*, non idem est loquendi genus in loco nobis obiecto quod in institutione Cœnæ Domini. Nam non ita dicitur de Columba demonstrata, Hoc est Spiritus Sanctus.

Iam quod illi subiiciunt Corpus Christi non videri nec attricari in proprietate essentiæ sed in forma Panis: quemadmodum Spiritus Sanctus visus est in forma Columbae nullius est momenti: quia Spiritus Sanctus non est visus, ita postulante invisibili Spiritus

Spiritus Sancti natura: nec in proprietate essentiæ Spiritus Sanctus videri potest oculis Corporis. Sed longè aliud de Christi Corpore dicendum est, cuius ea est natura ut sit visibile & palpabile: ita docente ipso Christo, *Luc. 24.*
Concrectate me & videte. Nam *Spiritus carnem & ossa non habet.* Quamobrem quoties vel Transubstantiatores vel Consubstantiatores nobis in hac quæstione versantibus obtrudent hec vocabula, Inuisibiliter & Insensibiliter, toties illis opponemus veritatem Humanæ Naturæ Iesu Christi certissimis Scriptoræ locis confirmatam: & extra omnem dubitacionis alcam apud pios & orthodoxos omnes constitutam.

Iam superius Argumentum ad incommodum adigamus hoc modo. Si præsentia Spiritus Sancti quam Columba illa significabat, fuit constituenda in ipso Columbae signo: sequeretur, præsentiam Spiritus Sancti non fuisse in Christo, sed extra Christum. quod absit. Nam Columba illa non visa est in Christum ingredi, nec ullus unquam existimauit, necesse fuisse ut Spiritus anctus esset, In, cum vel sub Columba, ut Spiritus Sanctus in Christo esset. Item, sequeretur Spiritum Sanctum habere motum localem partibus diuiduum. Sic enim Ioannes, *Confexi Spiritum descendenter quasi Columbam de Cælo.* Item, super quem videris spiritum descendenter.

Sed etiamnum retorqueamus locum obiectum. Si Ioannes non dubitauit dicere se Spiritum Sanctum vidiisse quum signum Spiritus Sancti videret , quippe ex trito loquendi usum nomen veritatis ipsi signo tribuens : ergo nihil mirum videri debet , si Christus Sacram Cœnam instituens , Panē signum & sigillum Corporis appellauit Corpus suum.

Ioan. 20.

Flatus Christi (hoc enim etiam nobis obiciunt) fuit quidem signum Spiritus Sancti , quem Christus Apostolis inspirauit , sed præsentia Spiritus Sancti significata illo signo , non alibi constituenda est quam in animis Apostolorum . Fuit enim præsentia Gratiae , ex iis quæ paulò antè diximus .

Idem dico de linguis quæ tanquam igneæ visæ sunt die Pentecostes , quæ significabant dona illa ~~miraculosa~~ quibus animi Apostolorum perfusi sunt : ac propterea non in linguis igneis , sed in Apostolis ipsis , dona illa constituenda sunt . Sic enim Christus .

Act. I.

Accipietis virtutem Spiritus Sancti , postquam in vos superuenierit . Et Paulus .

Cor. II.

Huic datur sermo sapientiae per Spiritum : illis ergo scientia secundum eundem Spiritum .

Rom. II.

Item : *Habentes dona differentia secundum gratiam quæ nobis data est .* Et plerique alij loci consimiles .

Quamobrem quum satis constet , linguas illas igneas significasse linguarum donum quod Apo-

Apostolis per miraculū cōcessum est. (sic enim fuit inter signum & rem significatam Analogia) & hoc donum minime fuerit, vel in signo, vel cum signo, sed in ipsis Apostolis, consequitur, perperām inde constitui realem p̄fentiam & existentiam Corporis Christi in Pane vel sub specie Panis.

OBJECTIONE VI.

Species virorū & equitū erant Angeli de quibus Gen. 18. & 2. Reg. 6. ibi enim ipsi Angeli erant: Similiter Panis est Corpus, quia Corpus est in Pane, vel (ut alij volunt) Sub Panis Accidentibus: adde quæ de serpente commemorantur Gen. 3.

RESPONSO.

DE Mysterio quod Maiores nostri confidebant in tribus illis Angelis qui Abraham vidi sunt, nihil attinet hīc quicquam dicere: satis enim supérque nobis est, quod istud argumentum est ιζω λόγου: sequentibus rationibus.

Prima ratio, quia inter nos agitur de Sacramentis, nō autē de variis illis formis quas Angeli assumperunt, ita disponente Deo, & cū omnibus visibiliter versarentur. Nam assumpta forma, non est Sacramentum naturę assūmētis

nec apud probatos auctores memini me legere, Tres illos viros, quos Abraham conuiuio excepisse dicitur, fuisse Sacraenta Angelorum, sed potius fuisse Angelos humana forma conspicuos. Quinetiam difficile fuerit assignare Analogiam humanę formę cum Angelica natura, id quod tamen in Sacramentis necessarium est. Cur autem illi Angeli humanam formam assumperint, ut cum Abraham & cum Lot colloquerentur, ratio est in promptu. Quum enim natura Angelorum sit Spiritualis, fieri non potest ut nostris sensibus subiiciatur. Itaque forma quedam sensibus assumpta est. At Sacraenta non eò spectant, ut consularunt externis sensibus, sed potius ut interior oculus animi, nempe fides confirmetur.

Secunda ratio: quia in Sacramentis Signa sumuntur ex rebus naturalibus, ad óque ex rerum naturalium ordine. At humanam illam formam Angeli naturaliter non habebant, atque qui non fuisse Angeli, sed veri homines. Porro forma illa creata fuerat, non ordine & creatione naturali, sed miraculo.

Tertia ratio: quia Sacraenta sunt ordinaria in Ecclesia. At formas illas exteriores ab Angelis assumptas nemo nescit fuisse rem extra ordinariam.

Eadem dico de Equis & Curribus igneis 2. Reg. 6. quum ita Deus vellet Angelos reddere aspectabiles seruo Elizei, ut certus esset de

de diuino præsidio aduersus Syrorū turmas. Ad
ne nobis plura addenda sint in illā tentiā:
exitio superiorē Objectionem sua sponte
collapsam esse: quam etiamnum ad incommo-
dum adducimus.

Si Corpus Christi in S. Cœna præsens est in
Pane, vel sub Accidentibus Panis (vt alij vo-
lunt) quemadmodum Angeli præsentes erant
in forma humana, & in equis, & curribus igneis:
Ergo, Corpus Christi assumit formam
Panis, vt ab hominibus videri possit: &
quia Sacramentum Cœnæ Domini est or-
dinariū in Ecclesia, idcirco Panis erit forma
ordinaria Corporis Christi *Ἄστρον*. Rursus
Quum Corpus Christi habeat etiam suam for-
mam adeoque visibilem, quia est Corpus: se-
queretur, idem Corpus habete simul duas for-
mas visibiles genere differentes. Absurdiſſi-
mum: Habet enim Christus suam formam vi-
sibilem in qua videri possit, si videri vellent:
nec illi ad eam rem opus est forma Panis: se-
cūs est de Angelis, quorū natura non subiicitur
nostris sensibus. Item ex superiori comparatio-
ne sequeretur: Si Corpus Christi est realiter in
Pane aut cum Pane, vel vt alij volunt, sub spe-
cie Panis: tunc temporis nō esse in cœlo: quod
abstinet. Consequentia patet. Nam quum An-
geli apparuerunt hominibus & præsentes fue-
runt cu[m] in forma vel in forma quam assump-
serant, tum non erant alibi, vt Veteres testan-

Luc.24.

tur , ex hoc discrimine probantes Deitatem Spiritus Sancti nempe quod sit ubique : Angeli vero non item. Non enim Angeli sunt ubique nec pluribus in locis simul, quādoquidem finiuntur proprietate substantiæ suæ : ut Theologi docēt, alioquin essent Deus. *ad u'atoy*. Quamobrēita retor queamus superius argumentum. Si Angeli, qui sunt spirituales essentiæ, non sunt simul in pluribus locis , nec sunt ubique , quantum minus id dicendum de Christi Corpore, de quo sic ipse Christus, *Palpate & videte quoniam Spiritus carnem & ossa non habet, ut videtis me habere.*

Quod attinet ad serpentem Gen. 3. (hoc enim nonnulli obiiciunt) Evidem velim istud argumentum ab illis prætermisso, in hac præsertim quæstione : neque sum illud fuisse inducturus, satis enim istæc obiectio ex iis quæ proxime diximus refellitur: hoc unum addam, tantum abesse , ut diabolus videri voluerit: ut potius abusus sit serpente, ne dignoscatur : atque ita facilius insidias mulieri strueret: quæadmodum exitus comprobauit. Quinetiam ita permittente Deo , quum per Dæmoniacos ore humano locutus est: nemo unquam dixit, ipsos Dæmoniacos fuisse signa Diaboli. Quare apagesis istas obiectiones, ab hac quæstione grauissima alienissimas, & à redignissima longè indignissimas.

OBJECTIO. in VII.

IPSE est qui venit per agitam & sanguinem
I. Ioan. 5. Quibus verbis, Baptismus & Cœna
Domini intelliguntur. Quare in Cœna Domini
Sanguis Christi est realiter præsens, & Corporis
tiam, vi Consequentis.

RESPONSIo.

ISTUDIUM argumentum nihil planè efficit: cuius Consequentiam ita redarguo. Primus error: quia dogma fidei non est astruendum ex loci alicuius alioqui difficilioris expositione: nisi illa ipsa expositio simul Scripturæ testimoniis evidentissimis cōprobetur: quod hic factum non video. Hæc autem Ioannis verba variè ab Ecclesiasticis Doctoribus exposita sunt. Quidam enim ea referunt ad legales ablutiones, & ad Sanguinem sacrificiorum sub veteri Testamento, quibus iam prius Deus testabatur futurum aduentum Christi. Alij exponunt de aqua & sanguine quæ de Christi latere fluxerunt, quibus mors Christi, ac proinde Humanæ eius naturæ veritas probata est: quod plerique Veteres per allusionem ad Sacra menta Christianæ Religionis transtulerunt, quum dicerent, Sacra menta nostra à Christi latere profluxisse. Ex qua quidem allusione non puto istos velle ~~ad eam~~ argumentari. Quod si huic interpretationi de veritate Humanæ Christi naturæ subscribant: næ difficillimum fuerit;

O. j.

ex hoc loco. Ioannis, dogma de Reali Inexistentia Corporis Christi in Pane vel sub accidentibus Panis stabilire.

Secundus error: eò quòd dum nomine Sanguinis intelligit Cœnam Domini, multis sese implicant difficultatibus. Cur enim non etiam, idque imprimis meminit Corporis? atqui de Corpore nullum verbum. Rursus, cur vinum non dixit potius quam Sanguinem: quemadmodum nomine Aquæ, si eut illi volunt, Baptismum significavit? Ad hæc quomodo istud loquendi genus expliqabunt? Venit per aquam & sanguinem: si pertinet esse idem ac si diceret Ioannes Christum Baptismum & S. Cœnam instituisse: mirum est profectò & planè nouum interpretationis genus. Quid porrò dicturi sunt de Spiritu quem Ioannes ait *eis tō cō*, id est, in vnum esse cum Aqua & Sanguine? num id de S. Spiritus essentia intelligent? vnde igitur ista cum Aqua & Sanguine unitas? an de donis ~~πνευματικοῖς~~? at illa ~~piam~~ pridem esse desierunt? an de Spiritu Regenerationis? at eius sedes, nec in Aqua Baptismi, nec in calice Cœna Domini, sed est in piorum animis constituenda. Possunt infinita eiusmodi proferri, ex quibus facile illi sentiant, quam sit lubrica superior ipsorum argumentatio.

Tertius error: quod intelligent Cœnam nomine Sanguinis, & hunc existimant esse verum Christi Sanguinem realiter praesentem: atque ita nobis proponant Cœnam Do-

mini sine vlo Signo , quum tamen illa constet duabus rebus , nempe Signo & Re significata , idque ex natura Sacramentorum.

Quartus error: quia licet illi nobiscum de ista interpretatione conueniret, nihil tamen efficerent. Semper enim dicemus, nomen Sanguinis tribui ipsius Sanguinis Signo, nepe vino, ex tropo Sacramentali de quo nos suprà differuimus. Quid si contradicant, ac velint verba Ioannis sine tropo intelligere: nobis igitur explicit, quomodo sine tropo nomine Sanguinis S. Cœnam intelligent: addet ut ex ipforum sententia , Sanguis non tantum significet Corpus & Sanguinem, sed etiam Panem & Calicem. Verum ne simus longiores , retorqueamus superiorem obiectionem, hoc modo.

Si in hoc Ioannis loco Aqua significat Baptismum , & Sanguis Cœnam Domini, quæ duo & Spiritus , testantur de Christo: & hæc tria vnum sunt (inquit Ioannes) Ergo quemadmodum verus Sanguis Christi non est realiter in Aqua, vel cum aqua, vel sub aqua Baptisi: ita verum Corpus & verus Sanguis Christi non est realiter in Pane & vino , vel cum pane & vino, vel sub pane & vino , vel sub eorundem Accidentibus. Consequentia fidem sibi facit ex illa ipsa eorum interpretatione & ex verbo Testandi : quod Ioannes usurpauit. Atque imprimis hæc verba virgo: in vnum sunt, inquit Ioannes. ut igitur verus

O. ij.

Sanguis Christi representatur Aquâ Baptis-
mi: ita Pane & Vino, sacris Signis in Cœna
Domini propositis, representantur verum
Corpus & verus Sanguis Christi, semel in
cruce pro nobis effusus. Atque id nos docet
Spiritus S. qui veritatem ipsam quam Sacra-
menta testantur, in animis nostris obsignat.
Quum autem in Sacramentis Signa testen-
tur de veritate: & Ioannes hic dicat, *Sanguinem testari: necesse est nomine Sanguinis, Si-*
gnum ipsius Sanguinis intelligere: nisi planè
tollas naturam Sacramentorum & significa-
tionem verbi Testandi. Nam verum Sanguine-
nem testari de vero Sanguine, nullis vñquā
rationibus probari potuit: quanquam hac in
re seriò ac vehementer Pontificia Transsub-
stantiationis ministri iampridem elabora-
runt. Nam planè alienum est quod nonnulli
post Lanfrancum Transsubstantiationis sa-
tellitem, ex Augustino proferunt: Christum
Luc. 24. apud Lucā finisse se longius ire & nihilomi-
nus mansisse cum discipulis, vt ita præfigu-
raret se prefecturum supra omnes cœlos, ne-
que tamen discipulos deserturum, ita vt fi-
ctionis fuerit vera significatio: hoc, inquam,
planè alienum est ab hac nostra quæstione.
Cont. men-
dac. c. 13. Fae enim veram esse coniecturam Augusti-
ni (quanquam illis potius assentior, qui do-
cent, Christum ea ratione discipulorum ani-
mos magis magisque rerum diuinarum stu-
dio incendere voluisse) quid hoc ad Sacra-
men-

mentum Cœnæ Domini? Porrò, Augustinus loquutus est de diuersis actionibus Christi, & volgit, vnam esse signum alterius. At Corpus Christi est vnum numero, & inscīte ducitur argumentū ab Actionibus, numero pluribus & diuersis, ad Corpus Christi quod est vnum idēmque corpus, ac propterea non potest esse signum & sacramentum sui ipsius.

OBJECTIO. VII.

Si confert etiam ipsis corporibus: ergo Corporaliter & oraliter recipitur. Antecedens patet ex verbis Christi. Ioan. 6. Qui edit meam Carnem & bibit meum Sanguinem habet vitam aeternam, & eum excitabo in nouissimo die. Ex quo fit ut I- Ad h-
renaus affirmet, Corpora nostra iam non esse corrui- ref. l. 4. c.
ptibilia, s̄pem Resurrectionis habentia. 34.

RESPONSO,

FALLIT Consequens: Nam vt in hoc Sacramento duplex cibus proponitur: nempe Cibus Corporalis, qui Panis est, & Cibus animæ, qui est Christus: ita duplex vita consideranda est: nimirū vita hæc præsens, mortal is, caduca: & vita spiritualis, & externa. Corpus Christi in Cœna Dominica percep- tum, non est cibus alens Corpus nostri, ut corruptibile in hac mortali vita, alioqui esset ci bus Corporalis: nec iam esset Capernaitis succensendum. Sed est cibus Spiritualis a-

O. iii.

nimam ipsam vegetans eaque præstans omnia, quæ ad totius hominis Regenerationem & Sanctificationem pertinent. Nec enim regeneration concluditur in solo animo, sed ab animo manat ad Corpus. Ex quo fit ut Paul.

i. Cor. 6. dicat, *Corpora nostra esse membra Christi & templum Spiritus Sancti.* Præterea futurum est ut ipsius Christi beneficio Corpora nostra resurgent in vitam æternam, quæ vita etiam

i. Cor. 15. Spiritualis dicitur: & ipsa Corpora à Paulo vocantur spiritualia. His igitur positis ita statuendum est, beneficium Cœnæ Domini conferre Corpori: quia ab ipso animo percepsum est: tantum abest ut hac ratione percipiatur ab animo, quod Ora iter percipiatur: quemadmodum ita existimant. Error est

πνευματικά πνευματικοῖς συγνειροτες, inquit Apostolus. Satis autem constat Corporalem & oralem mandationem pertinere ad Cibum Corporalem quo nostra Corpora sustentantur in hac mortali vita. Id quod etiam num magis confirmare licet ex ipsius Domini nostri verbis. Cæterum illam esse sententiam Irenæi satis perspicuum est, ex his verbis, Iā nō sunt corruptibilia, spē Resurrectionis habentia. Nec n. negare voluit, Corpora nostra in hac vita esse corruptibilia, sed de vita æterna locutus est: ac proinde dixit, Corpora

Matt. 15. &
Marc. 7.

pora habere spem Resurrectionis: Cuius ratione dicit. Illa iam non esse corruptibilia quæ tamen naturâ corruptibilia sunt. Huc accedit quod ipsa etiam Corpora nostra tum in Baptismo tum in S. Coena pignora accipiant futuræ resurrectionis & vitæ æternæ.

OBIECTIO. ix.

Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Matth. 28. Ergo verum Christi Corpus est in eum sub pane: vel continetur sub Specie Panis in Eucharistia. Sic enim perpetuo nobiscum est.

RESPONSIo.

Falsum & Ridiculum Consequens: &c, quod grauius est, manifestè repugnans his Christi verbis. Semper pauperes habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis. Quare locum Matth. 28. de Diuina gratiæ præsencia, nō autē de reali corporis præsencia intellegimus. Quod si velint ita ratiocinati: Christus est præsens in terris: ergo etiam secundum humanam naturam & secundū existentiam corporis (hoc enim infert superior obiectio, aut non est obiectio:) vident, ut opinor, se delabi ad dogma Ubiquitatis, cui istud argumentandi genus, & hic Matthei locus nobis obiectus vulgo prætexi solet. Ex quo magis magisque perspicitur quām verum sit quod à nobis in proximo superiori capite dictum est: Transsubstantiationē & Consuptionem sine dogmate Ubiquitatis stare non

O. iiiij.

posse: adeò ut nimis morosi habédi sint Monachi qui libellis editis Ubiquitati succensent, nisi forte id simulato vultu faciant, ut apertitia pleraque. Quia verò in Tractatu nostro de veritate humanæ Naturæ Christis hunc Matthæi locum tractauimus, non erimus in præsentia longiores: sed locum nobis obiectum ita in illos ipsos retorquebimus. Si Christus est nobiscum usque ad consummationem seculi, quemadmodum promisit: & illa promissio pertinet ad veram præsentiam Corporis Christi in Eucharistia ut isti volunt. Ergo soli fideles sunt participes præsentiæ Corporis in Eucharistia: atque ita evanescit istorum commentum quo affirmat tam probos quam reprobos manducare Corpus Christi in Eucharistia, qua de re iam super a nobis disputatum est. Consequenter patet. Nam illa Christi promissio ad pios & fideles, non autem ad impenitentes & reprobos pertinet. *V O B I S C V M*, inquit, quium fideles omnes in Apostolorum persona compellaret: quemadmodum p[ro]ij Maiores ex ipso Dei verbo recte intellexerunt. Recte enim Cyrillus locum h[ab]uc exponēs: Misit nobis, inquit, de cœlo Paracletum per quem nobiscum est. Et alibi: Christus cum Discipulis eti non Corpore, virtute tamen Deitatis In Ioh. I. ii: unā semper & fuit & futurus est. Item: Quū Deus & Homo vere sit Christus, oportuit Apostolos intelligere, ineffabili Deitatis protestate

De trin. 1. 7.

In Ioh. I. 9

testate vñ cum eis semper futurum, etiam si
carne abesset. Et August. Christus, inquit,
absens etiam præsens est: nisi præsens esset, à
nobis iphis teneri non posset: sed quoniam
verū est quod ait: ecce ego vobiscum sum usq;
ad consummationem seculi: & abiit, & hic
est: & rediit & nos non deseruit. Corpus e-
nī suum intulit cœlo: Maiestatem non ab-
stulit mundo. Item, Christo discedente cor-
poraliter, non solum Spiritus S. sed & Pater
& filius illis affuit spiritualiter: Nā si ab eis
sic abscessit Christus ut pro illo, nō cum illo
in eis esset Spiritus S. vbi est eius promissio In Ioan. I.
dicentis: Ecce, ega vobiscum sum usque ad con- 24.
summationem seculi: & veniemus ad eum ego &
Pater, & mansionem apud eum faciemus? Ioan.
14. &c.

In Ioā. tr.
50.

O BIECTIO X.

SI Deus potest facere ut idem corpus sit in plu-
ribus locis simul, nihil obstat quominus verum
Christi Corpus sit realiter præsens & existens in
Eucharistia. At Deus id potest. Nam quod di-
uinitus factum est, fieri diuinitus potest. Factum
est autem aliquando ut humana Christi natura
in cœlo existens simul fuerit in terra, vel penes ter-
ram, aut in aëre terre vicino (inquit Monachus)
nempe quando Christus visus est Paula ut pater
ex his locis. Nonissimè omnium visus est & mihi
1. Cor. 15. Iesus qui apparuit tibi in via qua ve-
niebas Act. 22. Sequenti nocte astans ei Dominum

dixit: Confide Paule, &c. Act. 23. Constat autem Christum in cœlo futurum usque dum venerit viuos & mortuos iudicaturus. Quare tum temporis Christus fuit simul in cœlo & in terra vel penes terram.

RESPONSIO.

COnnexum illud superius negamus. Error est ~~ad~~ τὸ ἐπόπειον. Nec enim Theologicè conclūditur ex sola potestate Dei: sed ex voluntate Dei ipsius Verbo patefacta, ut nos ad finem superioris cap. admonuijmus. Quare nihil efficitur hoc argumentandi generi: Deus potest hoc facere: Ergo hoc facit. **Matt. 26** Sic enim Christus, *An putas, inquit, me non posse nunc precari patrem meum qui hic sis at mihi plures quam duodecim legiones Angelorum?* **Marc. 14.** Item: *Pater, omnia possibilia sunt tibi: transfer à me istud poculum: verum non quid ego velim, sed quid tu.* En igitur tibi quemadmodum nobis manendum sit intra fines voluntatis Dei: *pq tius quam nos in solius potestatis Dei profundissimam abyssum præcipites demus.* Porrò si dicas, Deum velle Transsubstantiationem aut realem inexistentiam fieri: ex his verbis: *Hoc est Corpus meum: principium petis.* Et iam antè à nobis eiusmodi conclusio refutata est quum ipsa Christi verba, sine spectes usum Scripturæ (extra quam vagari Theologis non licet) siue expendas vim ac naturam iporum verborum ad illa dogmata refer-

referri non possint, quem admodum copiosius idoneo loco demonstrauimus. Verum, inquis, hoc est fundamentum quo nitimini, ut Transsubstantiationem & Realem inexistentiam negetis: nempe quod Deus non posset facere, ut idem Corpus sit simul in pluribus locis. Ain verò? At nos longè melius exponimus nostram sententiam: quām decur-tatis illis tuis verbis. Affirmamus enim Deū nolle illa vestra commenta. Primum: quia illa repugnat naturae Sacramenti, Deus autē vult Cœnam Domini esse Sacramentum: deinde (ut multa alia prætermittam) quia cœ-tunt Humanam Naturam Christi, cui centies millies centena millia Corporum, & eo amplius affingunt pro uno Corpore, quod Deus voluit & vult esse verum & verè humanum Corpus: id quod certissimis Scripturæ testi-moniis freti, adeoque vobis assentientibus, clarissima voce profitemur. Quinetiam dici-mus vos perperam & iniquissime facere, qui expressæ Dei voluntati, ipsius Dei Omnipotenti opponatis. Atque is sit secundus er-ror, in Theologia longè grauissimus.

Tertius error: quod ne istud quidem ar-gumentum, si à nobis admitteretur (quod absit) vestra illa dogmata adiuuaret. Nec e-nim (ut de Pōtificiis agamus) sequitur: Chri-sti Corpus potest esse simul in pluribus locis: Ergo substantia panis in substantiam Cor-poris Christi cōvertitur in Eucharistia. Hoc

est, hoc, inquam, est quod virgemus & cuius
exitum nūquām Pontificij reperient, etiam
si Ecclesia Rōmana, tanquam equus Troia-
nius, nouas quotidie nouorū Monachorum
eaterias, nouis argutiis & captionibus ar-
mitas, in orbem terrarum profuderet (quod
absit) Quum enim causam postulamus, quā
obrem panis conuertatur in Corpus Christi:
tum illi proferunt Corporis Christi dignita-
tem: & contendunt ipsum illud Corpus posse
simul esse in pluribus locis. Quasi verò de so-
lo Christi Corpore sit quæstio, ac non etiam
de Panis substantia, quam illi volunt in sub-
stantiam Corporis Christi conuerti. Probet
nobis tantam panis dignitatem ut fiat Cor-
pus Christi. Nec enim vobis hoc loco dissc-
tendum est de dignitate Corporis Christi,
cuius naturam euertitis, cui, quoad eius he-
ri potest, vestrō commento explicando illu-
ditis. Sed vobis agendum est de ipius Panis
dignitate & potestate: siquidem potest panis
fieri realiter ipsum Corpus Christi, ut Trans-
substantiator es aiunt: vel si Panis ipsum Chri-
sti Corpus in se potest realiter recipere, quæ
est Consustantiatorum sententia. Nam ut
in Transsubstantiationem hæc dicamus: Ee-
quando auditum est, substantiam vnam in
alteram substantiam conuerti sub prioris
substantiæ accidentibus delitescentem? Ec-
quenam vñquam fuit substantiæ conuersio
sine nouæ formæ assumptione? Itane rerum,
ordinem

ordinem ipsamque naturā à Deo Opt. Max. creatam perimetis, vt vestra, scilicet, Trans-substantatio de rerum ordine sublato & de cœrsa natura triumphum agat? Vos miraculum in solo Christi Corpore scrutamini: at longè maius miraculum esset in Panis substantia constituendum. Cedò enim, in hoc enuntiato: Panis conuertitur in Corpus Christi: ubinam statuis esse miraculum, in pane, an in Corpore? quis non videt in pane potius quām in Corpore? Agè ergo repone nobis egregium illud tuum Theorema, totamque illam argumentationem quam suprà nobis obiecisti, atque ita dicas. Quod aliquando factum est diuinitus, id diuinitus fieri potest. Factum est autem aliquando diuinitus vt una substantia in alteram plusquam toto genere differentem substantiam conuersa sit, sine nouæ formæ assumptione, sine materiæ accessione, & remanentibus eius substantiæ, quæ conuersa est, nudis & sine subiecto accidentibus, sub quibus altera substantia delitescit, ipsa suis veris ac propriis accidentibus destituta. Ergo fieri potest ut panis substantia in substantiam Corporis Christi conuertatur. Sic, inquam, tibi, Monache Trans-substantiator concludendum est: & quia exemplis delectaris, proferenda erunt exempla eiusmodi conuersionis: ac tum demum frequenti Pontificiorum theatro, & Monachis omnibus appludentibus, ipsa tibi Træsub-

stantiatio voce sua gratias aget, quod tam
præclarè causam suam egeris, & maximum
illum laborem exantlaueris, nondum adhuc
ab ullis Monachis attentatum. Sed si id non
potes præstare, facile igitur vides nullius
momenti esse superiorem illam tuam con-
clusionem.

Quartus error: quod isthac argumentatio
repugnat Pontificiorum & Confubstantia-
torum sententiae. Nam si ex eo quod Christ-
stus potest esse pluribus in locis simul (ut vo-
lunt) sequitur Corpus Christi posse esse in
Eucharistia: Ergo Corpus Christi est in Eau-
charistia ut in loco: alioqui istud argumen-
tum non procederet. Quod si ita est, ecquis
igitur est locus Corporis Christi in Eucha-
ristia? Si est sub accidentib. Panis ut Pontifi-
cij volunt & in loco substantiae ipsius panis:
ipsa igitur accidentia quemnam locum ha-
bent? vultis quantitatem panis dimetientem
tanquam præcipuum accidens remanere:
Ecquoniam igitur in loco? utrum accidentia
sunt in loco Corporis Christi, an Corpus
Christi est in loco accidentium? Quinetiam
(ut Realem inexistentiam simul refutemus)
si Corpus est in loco: ergo locus commen-
suratur corpori: quod sine quantitate corpo-
ris propria fieri non potest. Itaque si Panis
vel accidentia eius & Corpus Christi sunt si-
mul in uno eodemque loco, & locus com-
mensuratur tum Corpori tum etiam quan-
titati

titati panis dimetienti. Ergo Corpus Christi est ibi localiter quod illi omnes negant. Itē, Ergo idem locus est magnus & paruu simul Nemo enim nescit magnum esse discrimin inter quantitatē corporis Christi & quantitatē panis. Iam si duae diuersae quantitates non possunt esse simul in uno eodemque loco (ut est cuius manifestum) & Corpus Christi est in loco panis (ut Pontificij volunt) ipsa igitur accidentia sunt extra locum: quod si ita est, quomodo ergo videntur. Rur sus, Si Corpus Christi est In, Cum, Sub Pane quomodo est in loco? Sic enim non locus: sed loca significantur eaque inter se opposita. Item, Quomodo est In pane non localiter, si Panis est Localiter: quod ipsi Consubstantia tores agnoscunt? Nimirum mendacium nihil aliud est quam mendacium, quo cunque tandem penicillo depingatur.

Quintus error in prava expositione locorum Scripturæ quos citant. Paulus (inquit) vidi Christum & audiuit vocem ex ore eius, quem ipse Christus esset in terra aut penes terram. Respondeo, hæc verba in terra aut penes terram, sive in aere terræ vicino, esse tua non Pauli verba. Et certè ex hoc dubitandi potius quam differendi genere vix unquam fieri possint accuratae demonstrationes. At ego sineulla dubitatione affimo, diuinæ illius lucis radios quam Paulus

- A&t.26. in via vidit, è cælo refulisse. sic enim Paulus ipse: *Die medio, inquit, in via vidi COELI. T V S lucem quo splendorem Solis superabat, circumfusisse me, &c. & paro dicitur. Et alibi: Euenit inquit, mihi iter facientur & appropinquantur Damasco, circiter meridiem, ut repente è cælo circumfulerit me lux multa, in & sparsa. Et Lucas. Quum iter faceret, inquit, factum est ut appropinquaret Damasco, & repente circumfusit eum lux è cælo, & paro dicitur. Hoc quidem cœlestè visum varie ab interpretibus exponi solet. quum alij hoc referant ad id quod alibi dicit*
2. Cor.12. Paulus: *se raptum fuisse in tertium usque cælum*
 A&t.22. *(ut & alias dicit se vidisse Christū ētēs dōsi)* alij existiment Christum visum fuisse Paulo in cælo, quemadmodum Stephano visus est: alij verò malint intelligere, verba Pauli de Christo viso, non quod eius corpus viderit, sed quia vīdit cœlestem illam lucem ex ipsius Christi maiestate resurgentem & audituit vocem Christi ad se cœlitus delatam: quod fit ut non dubitet affirmare se Christum vidisse. Quam interpretationem ex eo confirmant, quod quum Paulus cœlestè hoc visum commemorat, ait tantum se lucem illam splendidissimam vidisse: non silentio præteritus si faciem & Corpus Christi yidisset: deinde nominatim teltatur Paulus se non vidisse præ gloria illius lucis, quæ ipsius oculos perstrinxerat: tantum abest

abest ut Corpus Christi videare potuerit. Atque inde concludunt, nihil mirū esse si Christus dicatur apparuisse, quum suā maiestatis signa certissima proposuit: quemadmodum Christus Paulum alloquens, *Idcirco, inquit, apparui tibi ut designarem te ministrum ac testē tum eorum quae vidisti, tum eorum in quibus apparebo tibi.* quod profectō de ipsius Corporis Christi conspectu intelligi non potest. Sic, inquam, variè de hac visione disputati solet aliis hanc, aliis illam sententiam amplectentibus, manente nihilominus quod ait Paulus *1. Cor. 15.* se Christum vidisse, ad probandam ipsius Christi resurrectionem. Sed qui dixerit Christum ipsum in terra aut penes terrā fuisse tum, quum Paulo apparuit, præter istos Monachos, inuentus est nemo. Ac miror eos nō fuisse ab illa sententia reuocatos, saltem expressis hisce Pauli verbis. *Non fui rebellis, inquit, cœlesti visioni, ἐπανίσταοι.* quæ, videant isti ecquonam modo conuenire possint cum sua illa dubitation: In terra, aut penes terram; siue in aëre terræ vicino. Idem dico de voce Christi quam fuisse dēlatam cœlitus vel ex eo appareat quod solus Paulus loquentem Christum audierit. *Qui mecum erant, inquit, lucem quidem confixerunt,* & expansati sunt, vocem autem non audierunt eius qui loquebatur meū. Et ut aliquid nō dissimile proferamus de cœlesti voce, *Hic est Filius meus dilectus in quo acquiesco:* Sic Petrus *2. Pet. 11.*

narrat; hanc vocem, nos audiuimus ē cælo dela-
tam, quum essemus vñā cum eo in monte sancto.
Item: Acceperat à Deo Patre honorem & glo-
riam voce huiusmodi ad eum delata ē magnifica
gloria. Ridiculum est igitur quod nonnulli ex
nouis Monachis, tergiuersandi causa obii-
ciunt, Christum quasi in aurem locutum fuisse
Paulo: eo quod Pauli comites non distin-
ctè intellexerunt quid Paulo Dominus dixerit.
Quis nescit solum Paulum verba Chri-
sti intellexisse propter quem vox illa Cœle-
stis edita fuerat. Itaque illis verbis non tan-
tum aures, sed etiam, atque imprimis, ani-
mus Pauli percussus est. Hoc ergo incon-
stantissimè dicitur vocē Christi cœlitus fa-
ctam fuisse, & Christū in aurem Paulo locu-
tum esse. Certè quum Christo precanti vox
ē cœlo respondit apud Ioannem, non dicitur
Pater ille cœlestis in aurem locutus, licet alij tonitu factum esse, alij Angelum cum
Christo collocutum fuisse dicerent. Deni-
que quum urgent hæc verba, in via, faciunt
imperitè: Nam Paulus dicitur in via fuisse
quum ei Christus apparuit: non autem dici-
tur Christus fuisse in via: id quod vel ipsi
pueri facile percipient. Sed enim, inquiunt,
ex alio loco pater Christum Paulo adstitisse,
ac ei dixisse, Confide, &c. Act. 23. ß̄m̄s a. in-
quit. Respondeo, locum illum non esse de
corporali visione intelligendum. Sic enim
Lucas. Sequente nocte, inquit, adstans ei Do-
minus,

minus, dixi, *Confide Paule, &c.* quod ita intellegendum est ut quod alibi commemoratur à Luca hisce verbis: *Dixit autem Dominus nō te per visionem Paulo: ne time, sed loquere.* Hæc Lucas. Quare visa illa diuinitus oblata cū iis quæ sensibus externis obiciuntur confundenda non sunt. Astigit igitur Dominus Paulo nocte, nempe per visionem οὐ πάμπατος. Ac de locis illis perperam intellectis hæc nobis dicta sint: qui simul hæc Veterum testimonia aduersariis opponimus. Ambros. Paulus quū oculos perdidisset, quomodo nisi in Spiritu Christum videbat? Augustinus. Membris ad hoc positis in terra Caput clamans in Cœlo non dicebat; quid persequeris fideles meos sed quid me persequeris? Item, Caput de Cœlo pro membris clamat inquietatur Corpus & de cœlo intonat Christus: Saule Saule quid me persequeris? ut qui non crediderat resurgent, saltem crederet in cœlo sedenti. &c.

*De Spir.
S. l. 3. c. vlt.
De Sanctis
serm. 14. 6.
25.*

Sextus error: in falsa ipsorum locorum quos obiectant applicatione. Primum enim, *Quis non miretur ex his Pauli verbis, ultimò vero omnium usus est etia mihi ἐχατον δὲ πάντων:* istos velle concludere verè Corporis Christi præsentiam eandemque ordinariam & perpetuam in Eucharistia? Item Corpus Christi esse in Eucharistia, licet non videatur, ed quod aliquando Christus Paulo visus est? Denique Corpus Christi esse simul in

centenis locorum millibus, eò quòd dicitur Christus Paulo adstitisse. O mirificam ac planè nouam, nouisque Monachis dignam conclusionem! Verum enim uero, Monache transubstantiator (ut hoc etiam loco te incommodis obruamus) quandoquidem existimas Corpus Christi fuisse in terra aut penes terram, tum quum Christus Paulo apparuit: dico sodes: quomodo istud conuenit cum tua illa superiori sententia, Corpus Christi esse tantum in celo & in sanctissimo Sacramento? Nec enim fuit in Sacramento, quum Paulo visus est. Explica nobis, si potes: ecquonam modo Christus tum fuerit in terra aut penes terram: quemadmodum dubitando opinaris? An vi conuersionis? Minime. Nec enim dicitis ibi Eucharistiam fuisse. An mox locali ne id quidem. Nam agnoscitis Corpus Christi in celo permanere vsque dum Christus veniat viuos & mortuos iudicaturus. Quid si motu locali Christus esset in terris, prout dubito in celo esse desineret, inquit Thomas, cōmento Transubstatiōnē explicando, vel potius implicando, frustra ~~τύπων τύπον~~. Quid ergo? nū vi Omnipræsentie & Ubiquitatis? At vos dogma illud reiicitis: quum tamen hoc vestro arguento videam vos nec opinātes Ubiquitati patrocinari. Recte enim ita concluditur: Si Corpus Christi fuit re ipsa præsens in terris quum Paulo apparuit, neque id factum est, vel conuersione, vel

vel motu locali: Ergo id factum est vi Vbi-quitaris. Nec enim hactenus vi lum aliū modum à vobis excogitatum fuisse video: quid post hac facturi sitis incertum est. Hunc autem locum Vbi quitaris patrocipari non posse, confirmavimus in Tractatu nostro de veritate Humanæ Naturæ Christi. Paucis igitur locos nobis obiectos retorquemus.

Si Christi Corpus est in pluribus locis simul, ed quod Paulus vidit Christum, & audiuit vocem eius, ut isti volunt: Ergo, ex hoc exemplo, non dicemus Christum esse simul pluribus in locis, nisi videamus ipsum, & vocem eius audiamus. Et vi consequentis, Corpus Christi non est vere præsens in Eucharistia In, Cum, sub pane, vel sub panis accidentibus: quia ibi nec videtur Christus, nec auditur.

O B I E C T I O N E X I .

Non minus est ab uno capi & contineri plus
una, quam unum capi & contineri à pluribus.
Ergo si locus unus potuit capere corpora diuersa,
certè corpus unum diuersis in locis adesse poterit.
At compertum est ex Scriptura locum unum con-
tinuisse diuersa corpora nempe Corpus Christi &
obscuratam ianuam Ioan. 20. Item: illud ipsum &
Corpus Virginis intemeratum, quum natus est
Christus. Adde lapidem clausi sepulchri Matth.
28. & celos incorruptibiles à Christi Corpore pe-
netratos Hebr. 4. Adde quod ait Christus

Matth. 19. facilius esse camelum per foramen acus transire quam diuitem ingredi in regnum Dei. Ergo potest virtute Dei fieri ut idipsū Christi Corpus adsit præsens diuersis in locis: maxime quum non ab illis locis capi, sed illis in sacramento mirabiliter contineri afferamus.

RESPONSIO.

Hæc ipsa fundamenta vulgo substeruntur dogmati Omnipræsentiae sive Ubiquitatis: ac propterea quid de illis à nobis dictum fuerit de Veritate Humanæ Naturæ Christi, peto à Lectoribus ut legere ne grauentur. Nunc satis erit redarguere superiorem Objectionem propositis aliquot ex præcipuis eius erroribus.

Primus error est prava locorum quos obiiciunt interpretatio. Nam hæc verba Iohannis *venit Iesus foribus clausis, ita exponunt, ut si dicatur Iesus per ipsas ianuas clausas ipso corpore penetrasse: quod lögè secus est. Hoc enim tantum sibi vult Iohannes: Illū Christi aduentum ad Discipulos fuisse miraculosum, quum ei fores humana ratione apertæ non fuerint, & omnia impedimenta Corpori Christi tum cesserint, ut ad suos accederet. Itaque statim subiicit Iohannes. Multa, alia signa editid Iesus in discipulorum suorum conpectu. Idem dico de faxo monumenti per quod Corpus Christi transisse sine solutione continui, ut isti volunt, Euangelistæ non commemorant.*

Neque

Neq; ita rectè colligitur: Ait Matthæus An-
gelum è cœlo descendisse , & lapidem ab o-
stio deuoluisse: Ergo Christus resurgens pe-
netrauit per ipsum lapidem sine continui so-
lutione. Quinetiam non desunt qui existi-
ment Christum resurrexisse, quum ille terræ
motus factus est, & Angelus lapidem monu-
menti deuoluit: atque id sibi videntur colli-
gere ex narratione Marci, Lucæ & Ioannis,
qui constanter affirmat lapidem illum fuisse
deuolutum antequam mulieres ad monu-
mentum accessissent, adeò ut Matthæus ea
etiam commemoret quæ facta sunt paulò
antequam mulieres ad ipsum monumentū
peruenissent. Hęc illi de quibus nunc copio-
fius non dispueto. Nā vtvt res gesta est, certè
constat exitum Christi è sepulchro fuisse mi-
raculosum.

Porrò ascensio Christi in cœlum fuit e-
tiam miraculosa: & quod ait Apostolus: *Chris-
tum cœlos penetrasse*, ita expono ut id quod se-
pè in Scriptura occurrit de cœlis apertis: qua-
de re nostrum non est curiosius disquirere,
nec existimare cum nonnullis nouę Societa-
tis Monachis, Scripturam loqui Metaphori-
cę: Et apertiorē cœlorum fuisse tantum se-
cundum apparentiam. Ac certè demiror i-
stos homines : velle videri rerum aliarum o-
mnium naturam conseruate, vt ynam Chri-
sti naturam destruant.

Quod attinet ad partum sanctissimæ Vir-

P. iiiij.

Quid Vete
 res sacerdoti
 de partu
 Deipara
 & sanctissi
 me Virgi
 nis v. Ter
 tullian. De
 Carn. Chri
 sti. Hiero
 nym. de cu
 stod. virgi
 nit. &c.
 Heliodor
 in Symbol.
 Ambros. de
 Inc. Domi
 nic. Sacrā.
 c. 6. & In
 Luc 12. c 2
 & in Epist.
 ad Heb. c.
 De egressu
 Christi ex
 sepulchro
 vide Leon.
 Ep. 83. &
 97. Augu
 stinus. De
 Sanct. Ser.
 6. Hieron.
 In ps. 104.
 &c.

ginis Matris Domini: non memini usquam
 me in sacris literis legere modum nativitatis
 Christi fuisse miraculosum: quin potius co
 tratum colligi potest ex verbis Lucæ cap. 2.
 ver. 23. Et quod isti dictitant, nisi fuerit par
 tus ille miraculosus, aliquid propterea de
 trahi Virginitati Matris Domini, prorsus ine
 ptum est. Quum enim satis constet, eam mi
 raculosa ac pianè diuina ratione Concepisse,
 hoc satis est ad asserendam ipsius Virginita
 tē, eamque ab omnibus blasphemis vindic
 andam. Quod si isti velint curiosius aliquod
 miraculum scrutari, saltē eiusmodi mi
 raculum constituant, quod non euertat Hu
 manæ Christi naturæ veritatem, quam Chir
 stus, ut aliis multis argumentis, ita sua nat
 uitate apertissimè comprobauit. Nam (ut vr
 no verbo ad locos nobis obiectos respon
 deam) profero Théōrēma theologicū, quod
 videant illi num labefactare possint.
 In diuinis miraculis nihil constituendum
 analogiæ repugnet: nec ulli alij modi consti
 tuendi sint præter eos quos Scriptura con
 memorat. Ratio est quia miracula diuina pē
 dent à summa Dei potestate quæ captum
 intelligentiæ nostræ longè superat, eaque ad
 fidem nostram confirmandam, non euerten
 dam referenda sunt.

Secundus error iam supra notatus: quod
 à sola Dei potestate argumentetur, adeoque
 con-

contra ipsius voluntatem plenissimè nobis
in Scriptura patefactam, de veritate Corporis Christi.

Tertius error: quod (ut iam alicubi diximus) miracula non sunt statuenda in euertendis rerum essentiis. Etenim mirabilis est Dominus propriè in cœrandis summâque prouidentia administrandis rerum naturis & essentiis & vera doctrina sua conseruanda. At duo corpora in uno loco simul esse non possunt, quin istorum corporum essentia tollatur: & veritas doctrina de Christi Corpore ex istorum sententia destruatur. Nec enim potest esse Corpus nisi Circumscripsum, nec circumscripsum sine materia sua, quantitate ac propriis dimensionibus. Diuersæ autem dimensiones & quantitates simul in eodem loco esse non possunt: alioqui diuersum non est diuersum, aut idem non est idem.

Quartus error, quia, si daremus in illis miraculis de ingressu Christi ad discipulos, de exitu ipsius è sepulchro, & de cœlis à Christi Corpore penetratis, euerti aliquam essentiam (quod absit) non tamen sequeretur Corporis Christi essentiam & naturam esse euertendam, sed hoc potius de Ianuis, de saxo, & de cœlis dicendum esset. Quia illa miracula facta sunt propter ipsum Christum, cuius si naturam euertas, quomodo propter ipsum Christum facta erunt? Exempli gratia summo Dei miraculo factum est, ut Israelitæ per medias aquas transferint. Atque hoc mi-

raculum, quia propter Israëlitas siebat, non immutauit eorum naturā: sed cohibuit vim aquarum, adeò vt non de Israëlitis, sed de aquis: nec propter aquas, sed propter Israëlitas miraculum editum sit. Itaque si tum perempta fuisset vlla essentia (quod absit vt dicamus) certè non Israëlitarum, sed ipsius māris essentia fuisset perempta. Atque hoc loco habeo quod cum Monachis Transubstantiariis expostulem, qui in illo suo commento non patiuntur essentiam Corporis Christi in uno simul loco cū panis essētia remanere; idemque non dubitant affirmare, Corpus Christi cum Ianuis & cum saxo monumenti in uno simul loco fuisse. Queso quid tantum commenuit essentia panis, vt deteriore loco esse debeat quam ianuæ, vel saxe essentia? En quod euadant humana somnia, quum homines à puritate verbi Dei deflectentes, ipsi sibi suis commentis illudunt.

Quintus error: quod ista obiectio suis verbis ipsa se refellit. Nam hęc verba, *Ingredi*, *E-gredi*, & *Penetrare*, significant motum localē: ac propterea non possunt ferre sequentem conclusionem de duobus corporibus in uno eodemque loco constitutis. Quinetiam verbum penetrandi θίρξεσθαι repugnat ei quod dicitur de solutione cōtinui non facta. Quod si vim verborum & rem ipsam paulò accuratiū considerent, mihi assentientur. Nam si dicant punto temporis & (vt schola lo-

quitur) in instanti, Christum ingressum esse ad suos , vel exiisse è sepulchro : secum ipsi pugnabunt: quandoquidé verba illa ingredi, egredi, & penetrare, motū localē significant qui non potest fieri in instanti : quia ad motum localem partes temporis requiruntur, ut sit motus à termino ad terminum: quemadmodum Thomas magnus ille Transubstantiator facile agnouit. Quod si Christus nec ingressus est nec egressus in instanti: ingressus est igitur & egressus, motu locali, atque ita duo Corpora non fuerunt in eodem loco simul. Motus enim localis fit de loco ad locū. Et certè ingressus vel egressus Corporis sine motu locali, ne cogitari quidem potest. Atque omnino qui dicit, Corpus Christi transisse , vel per fores , vel per illud sāxum: ille necessariò significat & fores & sāxum viam transeunti corpori cessisse : aut profectò dicit, trāsisse & non trāsisse quod est ἀντίστατον. Etenim quero, an fores fuerint clausæ ipsi Corpori Christi necne? Si clausæ: non igitur transiit. Si non clausæ, viam igitur cesserunt transeunti. Et quia isti tantopere vrgent τὸ πόρτον, non præcisè concluditur ex his verbis Ioannis, Corpus Christi per ipas ianuas transiisse tum quum clausæ essent. Sic enim Ioannes Ἰησοῦς οὐ πάντας μέτρων, inquit.

Sextus error: Inepta locorum quos citant applicatio. Nam illi comparant modum integrandi cum modo existendi. Quum enim

Christus ad suos ingressus est & stetit in me-
dio (inquit Ioannes) nonne erat visibile ip-
sius Corpus suisque dimensionibus prædi-
tum? Certè & ipse Christus postquam resur-
rexit se præbuit aspectabilem. Quid autem
simile reperias in Transsubstantiatione? vel
in illa Reali Corporis Christi Inexistencie?
Non queris quónam modo & qua via Cor-
pus Christi veniat in locum substanciali pa-
nis vel in Panem, Sub Panem (negas enim
cum Thoma localem motum Corporis Chri-
sti, alioquin inquit Thomas sequeretur, quod
in cœlo esse desineret, & non posset simul
hoc Sacramentum agi nisi in uno loco, qui
vnum motus localis non nisi ad vnum termi-
num finiatur) sed concludis, Corpus Christi
esse sub accidentibus Panis: vel In, Cum, Sub
Pane. Cur igitur ibi non est aspectabile? Itē:
viisiūs comparationis (siquidem est compa-
ratio) hoc tantum concluderent: Christi Cor-
pus esse posse simul in duobus locis: quem-
admodum duo corpora aliquando fuerunt
in uno eodemq; loco, si illis credamus. Quid
autem duo loca ad innumerabilia, nisi quod
utrobique veritas Corporis euertitur.

Septimus error ~~avertione~~, quæ est in argu-
menti conclusione. Negant enim Corpus
Christi capi in Sacramento, & simul affir-
māt, illud ipsum Corpus in Sacramento Con-
tineri (vel ut alij loquuntur) Inexistere. Quid
est autem sibi ipsi contradicere, si hoc non
est?

est? Atenim, inquies, ego addo vocabulum mirabiliter vel supernaturaliter. Audio, & fateor non hanc tantum sed reliquas vestras contradictiones esse mirabiles, imò etiam contra ipsam naturam: quum neque diuinī verbi auctoritas, nec ipsa vera Corporis Christi natura possit vos à tam incepto disserendi genere reuocare.

Octauus error in ipsa forma connectendi: concludunt enim à Corpore ad locum: & vicissim à loco ad Corpus contra naturam & loci & Corporis in quo genere connectendi non ~~difficiliter~~ ~~obviatur~~: nec vlla est vel ~~omnē~~ ex ea vel ~~omnē~~ p̄ ea: ac proinde violantur omnes leges Analyticæ Demonstratio-
nis & accuratæ ratiocinationis.

Sunt plerique alij errores a quibus recenti sendis nunc superfedeo: ut superiorem obiectionē adigam ad incommodū hoc modo.

Si hæc propositio, non minus est ab uno capi & contineri plurā, quam unum capi & contineri à pluribus, ad Transsubstantiationem vel Cōsubstitutionē pertinet: & verū est, Corpus Christi non capi ab illis locis in quibus præsens ad sit: quod vtrique in superiori obiectione cōtinetur. Ergo idē argumē tu simūl pertinet & sion pertinet ad Trans-
substantiationem & Cōsubstantiationem. Itē: si Corpus Christi nō capitur ab illis locis ut volūt. Ergo infinitū est. Atq; hoc illud est ꝑ ſepe dixi & ꝑ ſepius dicēdū est: Trāſubſta-
tionē & Cōsubſtationē ſive Realē Inex-

istentiā Corporis Christi In, Cum , sub Panē
sine dogmate Vbiuitatis stare non posse; Cō
sequentia patet, ex ratione Infinitatis. Nā si
Corpus Christi fuerit in cēties centenis mil
lib. locorū simul, nec tamē ab illis locis innu
merabilibus capiatur. Ergo loca oīa superat.

Itē: si Corpus Christi fuit in eodē loco cū
obserata ianua vel cū lapide sepulchri clau
so, vt ais. Ergo fuit tēpus quū Corpus Christi
nec in cōclo nec in terra circumscriptū fuerit
propriis dīmensionib. & vi cōsequētis fuerit
planē infinitū. Cōsequentia patet. Nam quo
ties instamus, Corpus Christi nō posse esse ve
rū corpus sine suis dimensionib. respōdetis,
Corpus illud esse circumscriptū, népe in cō
clo, licet in Eucharistia suis dīmensionib. non
sit circumscriptū. At loci à vobis citati in hac
objectione illā respōsonē vobis eripiūt. Nec
.n.tū Corpus Christi erat in cōclo quū exiit. ē
sepulchro & ad suos ingressis est, nisi ad V
biuitatē redeatis. Date igitur nobis locum
vbi tūc tēporis Christi Corpus circūscriptū
fuerit, & locale. Si tūc nusquā fuit circūscri
ptū & locale, tūc igitur fuit infinitū: Si tūc er
go nūc etiā. Nā q̄ semel fuit infinitū nunquā
desinit infinitū esse: alioquin infinitū nō fuit.

Cōtineo me à plurib. incōmodis enum
rādis. Nā qui addūt de Camelo per foramen
acus transēunte nō satis peritē ratiocinātur:
quādoquidē in Theologia argumēta à Pro
verbiali locutione nō dueſitur. Quinetiā lo
cus

cus ille eos refellit. Nam certū est illis verbis Christum significare id quod fieri nō potest: quod perspicuum est ex Marco, quū ait: quā Marc. 10. difficile est ut qui cōfidunt opibus in Regnum Dei ingrediantur: facilius est Camelum per foramē acū transire, quam diutem in Regnū Dei ingredi. Loquitur ergo Christus de illis Diuitib. qui opib. cōfidunt, quos in regnū Dei ingredi nō minus impossibile est quā Camelū per foramen acū transire. Possūt quidē diuites seruari summa Dei tū potētia tum misericordia, sed ita tamen ut iam nō opibus cōfidant. Nā Theologicē & verē dicitur: Diuites opibus fidētes non posse ingredi in regnū cælorū. Et Deū non posse salute donare illos qui manēt impij & imp̄enitentes, quādiu tales sūt: quia nō vult & non potest sibi Repugnare. Et hoc non posse inquiūt veteres, nō eīt infirmitatis sed Potestatis.

Iam ita retorqueo superiorē Obiectionē. Si diuersa corpora esse in eodē loco, & idē Corpus esse in pluribus locis, paria sūt: & nūsqā legitur, imò ne cogitari quidē potest, cēties cētena corporū millia & eō amplius, fuisse vel esse posse in vno eodēque loco. Ergo stare nō potest quod isti dicūt Corpus Christi esse in cēties cētenis locorum millibus & eō amplius.

Quæ quū ita sint, istā propositionē. Nō minus est ab vno capi & cōtineri plura, quam vnu capi & cōtineri à plurib.: cēleo ita expōndā; vt dicamus, illa duo esse ēquè falsa &

tū naturā tū ipsi Dei verbo repugnātia: Nam illa duo cquē perimunt Corporis Christi veritatem. Et ita in posterum corrigenda erit: Non minus falsum est ab uno corpore contineri plura corpora, quām unum corpus à pluribus & diuersis contineri.

OBIECTIO XII.

Quicquid non involuit ullo modo contradictionem, id Deus facere potest.

Corpus unum esse multis in locis nullo modo contradictionem involuit.

Quare ut unum corpus sit in multis locis Deus facere potest.

Maior est perspicua ex Omnipotentia Dei. Minor sic probatur. Eſſe alicubi præſens, quum de corpore dicitur, eſt accidens corporis, à corpore diuerſum, ipſoque corpore posterius. Ergo diuina virtute posset constare verum aliquod corpus, neque tamen ulli loco eſſe præſens. Id ſiquis neget, an negare audebit in potestate Dei fuſſe, ſicut creauit ab initio uniuersum hunc mundum, ita unum aliquod corpus, puta lignum unum, aut unum lapidem tantummodo creare. Hoc certè ſi Deus feciſſet, verum aliquod corpus feciſſet quod non habuiſſet tamen ullum accidens præſentia ad quenquam locum. Ia que ratio euidentis afferri potest quamobrē nequeat, ſine contradictione, nō multiplicato corpore, multiplicari accidens illud præſentiae in corpore? Ergo multiplicatio præſentiae nō eſt multiplicatio corporis. Dices, una præſentia re quigere totū unū corpus adeo ut nō poſſit in eodem corpore.

corpore altera simul ponit praesentia. Respondeo: Id non posse quidem fieri virtute Natura, sed posse fieri virtute diuina. Profero aliquid non prorsus absimile de relatione equalitatis. Nam ex sententia quorundam non improbabili, in eodem subiecto locus est pluribus relationibus equalitatis.

Item: In omni Contradictione est affirmatio & negatio. At qui dicit Corpus Christi esse simul in pluribus locis, ille tantum affirmat. Non id igitur innoluit Contradictionem.

RESPONSI O.

Mirificum certè ratiocinandi genus: quod quidem ego ita executio.

Ad explicandam Maiorem propositiōnem: duo sunt obseruanda. Vnum: quum Theologi tradunt Deum non posse quæ contradictionem implicant, id non ita accipendum esse, quasi infinitam Dei potestatem vllis finibꝫ terminare velint (Sic enim Deus non esset Omnipotens, quod absit) sed eo loquendi genere distinguunt potestatem ab infirmitate & impotentia: quo etiam modo intelligendum est quod ait Paulus, Deum seipsum negare non posse. Nam quum Ens & Verum arctissimè inter se cohæreant: Deus autem sit ipsum Ens & ipsum Verum per se, Et in Deo idem sit esse & posse (est enim Ens simplicissimum) Idcirco fit ut quemadmodum in essentia Dei nihil est falsum, ita nihil sit falsum in eius potētia. 2. Tim. 2;

Q.J.

state: ac proinde in ea non sit contradic-
tio quæ sine falsitate esse non potest: vt su-
pra copiosius demonstrauimus.

Alterum quod obseruandum diximus, &
quod iam à nobis aliquoties cōmemoratum
est: in definiendis quæstionibus Theologicis
potestate Dei ab eius voluntate nobis ipsius
verbo patefacta, non esse separandam. Atque
hæc de Maiori propositione.

Minor propositio. si loquatur de ea præ-
sentia Corporis quæ sit in pluribus ac diuer-
sis locis simul (alioqui extra rē vagatur) pla-
nè falsa est: Atque operæ pretium est videre
quibusnā rationibus noui Monachi (ex quo-
rum penū & arte intima superius argumen-
tum depromptum est) hanc propositionem
confirmare enitantur. Esse alicubi præsens
(inquiunt) est Accidens corporis ipso cor-
pore posterius: ac proinde ex natura & ratio-
ne Accidentis, potest sine interitu subiecti
nempe corporis, ab ipso subiecto abesse: ita
vt possit esse verum corpus, neque tamen vi-
lli loco esse præsens: népe diuina virtute. Ex
quo efficitur vt accidens præsentiae multi-
plicari possit ipso corpore non multiplicatio.
Hæc illi: veteres errores nouis erroribus
cumulantes: ex quibus aliquot qui crassio-
res visi sunt ita redarguo.

Primus error est, quod ita vt proponitur
argumentum est ξω λόγε, nec ad quæstio-
nem de qua inter nos agitur vlo modo per-
tinet.

tinet. Ecquis enim nostrum unquam negavit, quin corpus possit esse multis in locis? Quod si negaremus, facile nos profecto isti Monachi conuincerent, quippe qui ad Garlamantas & Indos usque identidem cufserent. Sed hoc est in disquisitione positum: possitne corpus esse simul & eodem tempore pluribus in locis, quam particulam, SIMVL, dolone an ignorantia prætermittant aliorum esto iudicium. Error est ~~πλάστη τοι πρόειδι~~
~~ἀπλῶς λεγόμενον.~~

Secundus error, quod nostram sententiam non explicent, neque id attingant, in quo positus est controversiae status. Etenim quum affirmamus, corpus non possit simul esse pluribus in locis: hanc rationem afferimus: quod naturale atque adeo verum & humanum corpus sua Materia praeditum veras partes habens extra partes & locale, propriis dimensionibus finiatur: quae ferre nullo modo possunt ut corpus eodem tempore sit in pluribus ac diuersis locis. Hic enim locus primus est continens terminus corporis, & ipsi corpori locato commensuratur: quod esse non posset si corpus idem esset in pluribus locis simul. Quare, quemadmodum multi loci simul esse non possunt, ita nec idem corpus simul in multis locis. Quid autem obiciunt Transsubstantiarum? dicunt presentiam & locum esse accidens corporis posterius ipso corpore:

Q.ij.

sed hoc prætermittunt, quod ipsam questionem continet: nempe, corpus non posse esse præsens & realiter existere quin sit locale suisque dimensionibus circumscribatur: alioqui non futurum corpus. Atque hanc nostram responsionem satis intelligunt ij qui in τοπικης παραδειγματibus versati sunt: Veruntamen rem ipsam paulo latius explicemus.

Inter Accidentia quæ substantiæ & ^{solidar}
rerum vestiunt, alia sunt aliis ipsi substantiæ
propinquiora. Omnia verò proximè ad
substantiam accedit Quantitas: id quod ipsi
Transsubstantiarij, tantum abest ut negent:
ut velint quantitatem etiam locum substantiæ
obtinere in suo illo Transsubstantiationis
commento. Sic enim tradunt, reliqua
panis accidentia in quantitate dimensiua
fundari: quippe quum eos pudeat, accidentia
constituere sine subiecto. Iam esse præ-
sens vel hic vel alibi: hoc certè ipsam substi-
tiam corporis non continet. Sed corpus esse
præsens alicubi: hoc verò ab ipsa corporis
substantia non recedit: nec enim potest esse
corpus quin sit alicubi, nec potest Corpus a-
licubi existere, quin sit ibi præsens. Sed isti
præsentiam $\tau\alpha\pi\kappa\theta\lambda\sigma$ perperam consi-
derant: quasi hic non agatur de hoc vero
Corpo quod est Individuum singulare
actu existens. Rursus quum aliquid dicatur
esse posterius multis modis, fateor, quum ip-
sam essentiæ rationem consideras: quantita-
tem esse

tē esse ipsa substantia *quae* posteriorem : Sed si species corpus, ut est hoc corpus *C' d' A:* profectō quantitas illius corporis non est tempore nec *χόρη* sive definitione posterior ipso corpore : Quod si isti Monachi qui sibi propè solis vendicant scientiam atque artem differendi, in memoriam reuocarent, in rebus creatis *δοτας* & *τὸ εἴδη* nō idem esse : nunquam in crassum hunc errorem prolaberentur. Nam qui dicit corpus humanū, ille non simpliciter dicit Substantiam , sed dicit Substantiam quantam: quia sine quantitate intelligi corpus humanum non potest: nec Quantitas Corporis, videlicet Longitudo, Latitudo, Profunditas in Concreto subiecto potest definiri sine Corpore : & vicissim Corpus sine illa quantitate definiri non potest. Nam omnis res Materiata eiusmodi quātitatibus propriis *καθ' αὐτὸν* mensuratur: & Localis est. Ex quo apparet quām isti fallantur qui putant Quantitatem esse aliquid extrinsecum Separabile à Corpore. Nam id sine quo res definiri non potest , quomodo erit aliquid extrinsecum ab ipsa re separabile ? Itaque si quis existimet quantitatem hoc corpore quod est *C' d' A:* posteriorem esse, ille existimat quantitatem esse quantitate posteriorem: quod fateor esse Iesuiticum differendi genus. Ex quibus efficitur, totum illud quod assūmunt falsissimum esse, nempe, Esse alicubi præsens, esse accidens corporis, ipso

corpore posterius: siquidem loquuntur de
 corpore actu existente, & de eo quod est po-
 sterius tempore, de quibus nostra hæc insti-
 tuta est disputatio. Loquitur enim de Chri-
 sti Corpore, quod quidem eodem tempore
 esse præsens pluribus in locis pernegamus.
 Cæterum non omnia accidentia sunt eius-
 modi, ut tolli possint à prima substantia quæ
 est Corpus, hoc enim vel illud corpus affici
 quidem potest hoc vel illo colore qui facilè
 tolli possit: sed fieri non potest quin corpus
 habeat tres dimensiones quibus finiatur.
 Itaque non magis audiendus est si quis dicit
 corpus esse & non esse in loco, quam si dicat
 corpus esse & non esse in tempore: Item
 esse sine materia sua. Atenim, inquit, non-
 ne Christus depositit mortalitatem & pati-
 bilitatem quæ sunt naturales corporis qua-
 litates? Certè: sed non propterea naturam
 ipsam corporis abstulit, quandoquidem muta-
 tio qualitatis non perimit naturam cor-
 poris: sed corpus non potest existere nisi sit
 quantum, nec esse quantum, nisi propriis di-
 mensionibus circumscribatur: acque huius-
 modi esse Corpus Christi glorificatum supra
 cap. 2. demonstrauimus. Nā sublati propriis
 dimensionibus Corporis, sequeretur ipsius
 Corporis partes nō esse extra partes: ac pro-
 inde non esse partes, sed aliquid confusum.
 Quòd si non fuerint Partes, Totum igitur
 non erit: atque ita non erit Corpus: quādo-
 quidem

quidē Corpus est Totum ~~σωματού~~ constans
suis partibus. inter se distinctis.

Tertius error, quod pugnantia proponat.
Quero enim possitne fieri ex ordine naturae
ut corpus existat quod nulli loco sit praesens.
Negat illi & id fieri autem diuina virtute.
Quod si ita est, quorsum igitur verbosum il-
lud vestrum de Accidete argumetum? Cur tato-
pere vrgentis Accidens istud esse diuersum a
corpo: & ipso corpore posterius? Nonne
haec omnia hausta sunt ex ipsis naturae fonti-
bus? qui fit ergo ut id negetis ex ordine natu-
rae fieri? aut si id naturae repugnat: quæsto, cur
vestrum accessitis argumetum ab ipsis naturae
principiis? num opus est extraordinaria Dei
virtute, ut accidens sit posterius substantiam, &
possit absesse a subiecto citra ipsius subiecti
interitum?

Quartus error ~~καὶ τὸ~~ ~~τὸν~~ ~~τόπον~~. Sic enim il-
li. Si potest esse corpus sine accidente praesentia
& loci. Ergo potest esse praesens pluribus
in locis simul. Atenim si daremus quod illi
volunt de suo illo accidente (quod absit) nihil
tamē efficeret. Sic enim potius cocludendum
esset. Ergo potest esse cum accidente praesentia
& loci: idq; ex natura ~~τὸν~~ ~~τόπον~~ ac pinde to-
tū illud: Esse plurib; in locis simul, ab isto co-
sequente resecadū est. Nullo enim vinculo cum
Antecedente connectitur. Hęc est enim natura
praesentia & loci, ut unum corpus sit praesens
in uno loco, non autem in plurib; simul: & unius
corporis unus sit locus, ut antea dictum est.

Q. iiiij.

Vrgeamus igitur incommodo: Si corpus esset sine accidente præsentia & loci (id quod volunt) nusquam esset. Nam quod est alicubi, est ibi præsens & , siquidem est corpus, si habet, Vbi, est igitur in loco:&, si non est alicubi , nusquam est. Quemadmodum fusiūs etiam ex Veterum sententia docuimus in Tractatu de Veritate Naturę humānę Ch̄risti. Itaque (si istis credimus,) Corpus quod nusquam est, ac proptereā non est, potest esse in pluribus locis simul. Absurdum & ανίστατον.

Quintus error superiori consimilis. Si corpus, inquiunt, potest esse sine Accidente præsentia & loci: Ergo , non multiplicato corpore , multiplicari potest accidens præsentia & loci in corpore. Demus quod est falsissimum : Præsentiam & locum esse Accidentia separabilia à corpore reuera existente: hoc est, ut est corpus Τόδε. Singulare Individuum extra mentem existens : tamen istorum argumentū non procederet. Id quod manifeste doceo in ea qualitate quæ est accidens separabile à corpore individuo. Nā licet hoc vel illud corpus quod est τόδε posse esse sine albedine: tamē si albū est, affirmo albedinē illius corporis non posse multiplicari corpore nō multiplicato. Ratio est quia albedo huius corporis nō est aliquid vniuersale & καρχόν, sed est individua albedo: ac proinde in multis numero corporibus multæ sunt

tæ sunt albedines nō specie , sed numero diuersæ:quod si sunt plures albedines numero, necessariò multa erunt corpora subiecta.

Similiter si sunt multæ numero præsentiaæ Corporis Christi(quod est verum & dicitur & vnum Numero) certè erunt multa Corpora Christi præsentia numero diuersa. ad ueratoy & horrendum.

Item:Si valet istorum argumentum, ergo & hoc valebit: Tempus est tantùm Accidens corporis actu præsens quod in Corporis definitionem non venit. Ergo idem corpus potest Actu esse præsens diuersis temporibus simul:& per consequens, præsens, præteritum , & futurum tempus erit simul. Nam corpus præsens non minus est in tempore quam in loco:imò Tempus est remotius Accidens à corpore quam sit Locus.

Sic igitur intelligendum est, multiplicari quidem accidens præsentiaæ Corporis , sed non simul : hoc est eodem tempore. Potest enim corpus nunc esse præsens in hoc loco & paulò post alibi: Et ita mutuplicatur præsentia vnus eiusdemque corporis. Quāqua melius dicetur varia siue diuersa, quam multiplex præsentia.

Sextus error (ne sim longior enumerandis huiuscce argumenti erroribus, de quo illi meritò possint dicere quod perperam affirmat de corpore, videlicet non multiplicato argu- mento errores multiplicari) error, inquam, superiores longè superas, quum ex falsa hy-

250 DE SACRAM. MANDVCAT.

pothesi ita argumentatur. Si Deus (inquit) non creasset mundū, sed loco mundi creasset vnum aliquid corpus, putā lignū aut lapidē, certè fecisset vnum corpus quod nō habuisset vllū accidens præsentiae aut vllum locum. Overē ligneū aut lapideū argumentū! Siccine vos, noui Monachi nouorū argumentorū architecti, vestrā illā nutantē Transsubstantiationē sustentatis? Siccine colūnas ligneas aut lapideas illi suffulcitis? Agè verò noue Transsubstantiator, qui mundū vniuersum, bella tua hypothesi in vnum lapidem transsubstiaisti: Ecquid tādē effici potest, ex isto argumentandi genere? Cedo mihi, Iste lapis immensus, vel istud tuū lignū eccius tandem naturae fuisset? nam ad nostros lapides & ad nostra ligna quod attinet, habet suas dimissiones & sunt in loco. Sed præstat tuum illum lapidē relicere in tuū caput hoc modo:

Si Deus (inquit isti, somniantes) non mundum sed vnum lapidem creasset, nullum habuisset accidens præsentiae. Hoc si verum est: ergo stare non potest superius eorundem connexum, quum ita concluderent: Si corpus potest esse sine accidente præsentiae: Ergo potest esse pluribus in locis: ex quo sequeretur, lapidem illum posse esse pluribus in locis, quum tamen ex itulta aut insana eorum hypothesi nullus locus creatus esset.

Item

Item: si non mundus, sed unus lapis creatus esset, sine ordine, sine luce, sine pulchritudine: hoc ad probandum dogma Transubstantiationis valeret: eò spectante Monachorum argumento (neque id mirum, quū & Transubstantatio & hoc argumentum rerum naturam euertant, & tanquam aliquod chaos rerūmque omnium perturbationem inducent) Ergo , quia Deus non unum lapidem, sed uniuersum mundum pulcherimum sūisque partibus aptissimè distinctum creauit: idcirco dogma Transubstantiationis tā procul eiiciendum est, vt inter homines nullum posthac habeat Accidens præsentiatē, de quo tandem isti Monachi disputant: qui fortassis existimant homines esse in lapides aut ligna conuersos, quibus tam absurdā argumēta, sine pudore, ante oculos proponāt. Itē: Si quod implicat contradictionē ad potestatē Dei referri non debet, vt isti libenter quidē velint, sed tamē nō audēt negare. Ergo Christi Corpus nō est simul in pluribus locis. Consequentia patet. Nam perinde est ac si dicant: corpus nō esse corpus. Est enim de essentia veri corporis Actu existentis vt suis dimensionibus circumscribatur. Audiant igitur & agnoscant vocem Thomae sui magistri rem hāc totam explicatis hoc modo. Ad remotionē (inquit) cuiuslibet principij essentialis, sequitur remotione ipsius rei. Si igitur Deus nō potest facere

rem simul esse & non esse: nec etiā potest facere , quod rei desit aliquid suorum principiorū essentialiū, ipsa remanente. Hæc Thomas: Contr. Gentil. l. 2. c. 25. quum illam suam filiolā Trāsubstātiationē imprudēs , ac nihil tale cogitans , ingularet. Sed hæc hactenus.

Nam quod attinet ad diuersas relationes æqualitatis quas etiam in subsidium vocarūt nihil ad rē faciūt. Hoc enim nō modò Theologicū sed etiam falsum est in philosophia quæ dictat Relata inter se referri , vna eadēque relatione : quod philosophis copiosius tractandū relinquimus. Porrò absurdum est Accidēs accidētis conferre cū veritate Corporis verè & actū existentis : Et sic omnino meram fallaciā Accidentis cōmittunt. Atq; hæc de relationibus æqualitatis quas huc per vim ac nefas noui isti Monachi detorse- rūt, ex sententia (vt illi dicunt) non improbabili, ~~et modem in hac~~, scilicet, argumentantes.

In summa: isti loquūtur de essentia corpo- ris, quatenus Corpus definitur: qua ratione, est ~~καθόλου~~. Nos autem differimus de prima substantia quæ est materiata: nempe de cor- pore singulari & individuo Actu existente, quod est Corpus Christi. Deinde loquuntur de præsentia, quatenus est accidentis cōmune corporibus, & quod in Corporis definitionē non venit. Nos autē loquimur de præsentia & existētia huius Corporis singularis Actu existentis, nempe Corporis Christi quod isti affirmant

affirmant realiter existere Sub specie Panis. At qui hoc iam non est de Accidente dispu-tare, quia præsentia huius corporis non est Accidens Corporis præsentis & Actu hic vel ibi inexistentis. Alioqui corpus posset esse præsens sine præsentia: Et præsentia Actu posset diuelli ab existentia Actu, quod ne cogitari quidem potest.

Quod postremò afferunt: Contradictionē constare ex Affirmatione & Negatione & in hoc Enūtiato: Corpus Christi est in pluribus locis, nihil negari, planè ineptū est. Est enim ἴσος ὡν τια negationis: quandoquidem hæc Affirmatio de singulati Individuo, hoc est de Christi Corpore simul in pluribus locis existente, continet negationem quæ opponitur Contradicторiè veritati Corporis. Exempli gratia: Si quis dicat Petru Apostolum simul fuisse Antiochiae & Romæ, ille Contradicitionem inuoluet. Nam ex natura veri Corporis nō potuit simul & eodē tempore esse Romæ qui erat Antiochiae. Et vnū affirmans: alterū necessariò negas Contradictoriè. Sic si dicas eūdē simul esse hominē & rationis expertē: videberis tantū affirmare, sed tamen ista tua affirmatio continet οὐδὲν Negationem Contradictoriā. Nā si est homo, non est igitur rationis expers: & vicissim si est rationis expers, nō est igitur homo. Similiter, Si Corpus Christi est circūscriptū: nō est incircūscriptū & contrā. Sed iā istos amandemus ad præcepta ἐπινείας & sequētē obiectiōnē audiam⁹.

OBJECTIO. XIII.

CVr propriè Corpus vnum nequeat in pluribus locis adesse simul? An quia vnum? At Deus est vnum, idemq; totus diuersissimis in locis. An quia est vnum finitum & creatum? At substantia rerum finitarum non loco propriè, sed suo genere aique differentia finitur: ut suam non aliarum rerum perfectionem conimeat. Item: Anima vnum quiddam finitum est, & est tamen tota diuersissimis in partibus & posset diuina virtute in partibus etiam diuulsis praesens esse, sublata tamen informatione. Item: Angelus sistere se se presentem potest differentibus in rebus, in unaquaque totum. Si hoc sine repugnantia conenire potest Spiritui, cur non etiam eadem Dei virtute possit accidere corpori?

RESPONSIO.

Ecce tibi quædam errorum abyssus, ex quibus aliquot delibabo, vt ad cognoscendos alios via sit rudioribus patefacta.

Primus error ~~τοῦτο τὸ ἐλλείπει διαφέρει~~. Nam vnum corpus non potest quidem esse pluribus in locis simul. Sed huius rei ratio propriè non est, quia est vnum finitum, creatum, corporeum. Sed quū affirmatio sit mensura negationis, si velis facile percipere quamobrem vnum corpus non sit simul in locis

locis pluribus: videndum est quomodo corpus sit in loco. Est enim localiter & circumscripitiū, quia terminatur loco, & locus ei commensuratur & est locale: ut antè dictum est: Ex quo efficitur, ut non possit esse simul in pluribus locis, quoniam toties circumscriberetur, quot essent loca: quod perinde est ac si dicas corpus circunscribi simul & non circumscribi. Locus enim circumscribens & terminans corpus, alia loca excludit. Nec audiendus sit, si quis dicat, corpus alter esse in locis quam in loco. Quomodo igitur est in loco? Nempe ita ut ipso loco terminetur. Quod si idem dicas de pluribus locis: sequetur ex duobus alterum: aut idem corpus habere simul varias sibiique repugnantes dimensiones, simulque circumscribi & non circumscribi: aut plura illa loca esse unum eundemque locum. Vtrunque falsissimum & absurdum.

Secundus error: Distractio coniungédotum. Nam separatim considerant unum, & corpus. Atqui illa duo coniungenda sunt in hac questione. Etenim corpus repudiat & perhorrescit istam πολυπαροταν, quia est unum corpus coniunctū, non disiunctum, quia est unum, & quia est corpus, quandoquidem multa corpora possunt simul esse in pluribus locis. Unū autem corpus nō potest.

Tertius error: μετάβασις eius ἀλλο γένος. Etenim, ne virginem corpus cum Deo Bene-

Luc. 24.

dicto sine blasphemia comparari non posse:
certe Animæ & Angeli natura perpetuā huc
torquetur. Nam audiendus est Christus: *Spiri-*
tus carnem & ossa non habet sicut videtis me
habere, inquit. Iste verò, Corpus Christi in
spiritualem essentiam conuertunt, ac proin-
de tollunt ipsius corporis veritatem.

Quartus error ~~ad hanc~~ *deinde* *de* *propositi*. Nā esse
in loco dicitur multis modis. Primum Deus
dicitur esse, non in diuersis locis (vt isti Mo-
nachi nimis exiliter loquutur) sed in omni-
bus locis & vbiq[ue]: quia omnia cōtinet. Est
enim infinitus ac propterea unus. Nā si duo
essent infiniti alter ab altero finiretur. Ani-
ma dicitur esse in corpore, tota in toto & sin-
gulis eius partibus propter naturam ipsius
animæ, quatenus est forma corporis. Ange-
lus etiā habet suum ubi, sed definitiū, non
autem localiter. Corpus autem naturale di-
citur esse in loco, circumscripsiōne, ut diximus,
eo quod habet tres illas dimensiones Quan-
titatis ad cōstituendū corpus necessarias. In
summa: Deus omnia continet, & nusquā cō-
tinetur. Anima est in corpore ut forma cor-
poris: & ita in corpore cōtinetur. Neq[ue] verū
est quod isti dicunt, Animā esse totā in diuer-
sissimis partibus, quū potius dicēdū sit in par-
tibus cōiunctissimis. Angelus autē ibi desi-
nitur ubi est; nec verū est quod isti dicunt An-
gelū se præsentē sistere in rebus differenti-
bus: siquidem intelligat esse simul & eodem
in diuersis

tempore in diuersis locis. Quum igitur esse aliter cubitam multis ac variis modis dicatur, inepti sunt illi qui perinde de hac re disserat ac si uno modo diceretur & in rebus longe dissimili-
mis similitudinem querant. Id quod etiam perspicuum fit ex sequenti errore.

Quintus error: quia quæcunque vel similia vel exempla proferunt ad probandam Corpo-
ris ~~modicu[m] corporis~~ nullo modo possunt propo-
fitæ questioni conuenire. Sic enim illi tradunt Corpus Christi esse, capi & contineri in cœlo suis dimensionibus definitum (ac propterea ve-
hementer insultant iis quos illi ipsi per ludibrium Vbiquetarios appellant) atque ibi esse
visibile: & nihilominus idem Corpus Christi esse in sacramento, hoc est, in locis innumerabili-
bus simul, sed ibi non capi nec habere pro-
prias dimensiones, nec esse visibile, sed ibi esse
per conuerzionem sive mutationem. Age ergo, in-
dein ostendant in iis quæ proferunt de Deo,
de Anima & de Angelo. Et, verè ut dicam, vel
haec vna ratio commentum istud multi præ-
sentiæ satis supérque redarguit, quod idem
Corpus velint aliter esse in locis quam in loco:
ita ut eiusdem Corporis præsentia præsentiæ
expugnet.

Sextus error: Petitione principij: Primum, quā dicunt animam etiam in partibus diuulis sine informatione præsentem esse posse; quod me-
rum est somnium, ac proinde nullam huiusc
rei probationem assertunt. Deinde quum cur-
sus p[ro]p[ri]et

R.j.

sus ad Omnipotentiam Dei recurgunt. Si potest hoc conuenire spiritui (inquiunt) cur non eadem Dei virtute, corpori? Quod ratiocinandum vel potius somniandi genus suprà à nobis refutatum est. Cæterum Deus Opt. Max. rerum creator non perimit rerum creatarum naturas, quas potius vult subastore: idemque Deus sapientissimus non perturbat rerum ordinem cuius ipse auctor est: ita ut corpus fiat vel anima vel Angelus, & vicissim anima vel Angelus fiat corpus. Iстam rerum perturbationem Deus odit, & pri omnes detestantur.

Septimus error in falso Consequente. Nec enim sequeretur, si verum esset quod volunt de Anima & Angelo (quod absit) idem etiam de corpore dicendum esse, quia subtilis Animæ & Angeli essentia cum natura corporis comparanda non est, quem necessarium postulat ut corpus sit quantum, & circumscribatur loco, ut ante dictum est.

Superest eorum ratio à definitione rerum petitæ quæ nunc paucis excutienda est. Substantia rerum finitatum (inquiunt) propriè non loco sed suo genere & differentia finitur. At nos de eo finiendi modo non loquimur. Error tuus est πάτος γῆνα τὸν ἀπόλετον. Definitio non est Individuorum sed uniuersaliū. Ex quo efficitur, ut si tibi fides habeatur, Christi Corpus nunquam & hucusqâ fierit definitum. Quantitas nunquam poteris definire. Corpus Locale, quin facias mentionem quantitatis & earum dimensionum quibus in loco circumscribitur.

Itaque

Itaque quum à definitione vniuersali denuo
ad ipsum Christi Corpus (quod quidem verū
ac naturale corpus est) tum ego affirmo Christi
corpus proprias habere dimensiones quibus
circumscribatur & sit in vno loco, ut ei de-
finitio corporis conueniat; & sit verum cor-
pus. Iti vero boni scilicet Philosophi, quum lo-
quuntur de substantia Corporis Christi, in-
telligunt substantiam quem est $\tau\alpha\theta'\sigma\lambda\kappa$ ac proin-
de definitar: nō autē hanc substantiam quae est
~~τόδι τι~~, hoc est, illud ipsum Christi Corpus de
quo int̄ nos agitur: quod quia verū est cor-
pus, ideo finitum loco & circumscribitur propriis
dimensionibus ut supra dictū est. Quāobrem
ita paucis superiorē cōparationē in eos ipsos
retorqueamus. Quāadmodū Angelos ita habet
suum Vbi, vnuquā pluribus ac diuersis locis, si-
mul præsens adlit (nō enim Angelorū essentia
est infinita: & ipsi Angeli dicuntur mitti Hebr.
1.) Et anima ita in corpore cohtinetur, vt anni-
quā anima una sit in pluribus corporibus: Ita
verū & verè humanū corpus nunquam fuit &
nunquā erit in pluribus ac diuersis locis simul.
Sed hęc hactenus. Nā ex nostris ad argumenta
Aduersariorū responsonibus spero cuiusvis esse
perspicuum: nec verbo Dei, nec vñis humanis vel
argumentis vel argutiis cōmenta Transsubstā-
tiationis & Consubstantiationis stare possunt
quippe quae tum Verbo Dei, tum ipsi rerum
naturae ~~āvitipatim~~ repugnāt: quemadmodum
et nobis demonstratum est.

C.A.P. V.

Chrysost.
in Matth.
hom. 83. In
Ioan. hom.
45.



Eteres passim affirmant, Christum in Sacra Cœna nos alere proprio Corpore. Nos care ali quam Argenti trementes vident. Non esse reputandum licet sensui & rationi nostræ absurdum esse videatur, quia verba Dei falsa esse non possunt, sensus autem noster deceptus facilis est. Os nostrum spirituali igne impleri. Linguan hoc admirabili sanguine cruentari.

August. in
ps. 33.

Item: Panem & vinum in mysterio per consecrationem Spiritus Sancti potentialiter carnem & sanguinem creari: & quotidie pro mundi vita mystice immolari: ut sicut de Virgine per Spiritum Sanctum vera caro creata est, ita per eundem ex substantia panis & vini mystice Corpus Christi consecratur.

Cyrill. ad Collisirii August. in ne & vino. Nos accipere in Pace quod pependit in serm. ad Neophyt. & de cath- chiz. rud. Epiphan. Ambros. de les honorari. In pane esse efficaciam ad vinificatio- nyste. Nossacram Christi carnem & pretiosum eius sanguinem in benedictione viuinifica accipere in pa- cruce: & accipere in calice quod effusum est ex Christi latere: Nos eius carnem sub panis forma in Sacramento accipere & sanguinem eius sub vini specie potare. In visibilibus signaculis res inuisibili- nera. In illo Sacramento Christum esse quia Corpus est Christi: sub utraque specie totum sumi Christum.

Theophil. in Ioan. & super Marc. mari: licet panis esse videatur. Panem quidem ap- Corpus meum ineffabilis enim operatione transfor- parete,

parere, sed Carnem esse : speciem panis & vini seruari, in virtutem autem carnis & sanguinis trans-elementari &c.

RESPONSIO.

Primùm, solum Dei Verbū est mēsura Fidei nostræ: ut alibi copiosius à nobis demonstratum est in Tractatu de Verbo Dei scripto. Deinde Aduersarij Testimonia illa Veterum non intelligunt ex ipsorum Veterum sententia: nec ea latè rectè accommodant suo dogmati dè reali Corporis Christi inexistentia In Cum Sub Pane & vino, vel sub Panis & vini accidentibus. Quod utrumque ita explico.

Christus nos alit proprio Corpore (inquit Veteres) nempe quatenus Corpus Christi spiritualiter & vera fide percipimus : id quod à nobis expositum est in Tractatu De spirituali mandatione Corporis Christi. Et quia res est fidei, idcirco nec sensus noster, nec humana ratio audienda est. Illi igitur omnes loci nobis oppositi, sunt intelligendi de Spirituali mandatione Corporis Christi, non de Oralí mandatione, qualē comminiscuntur, si quibus displicer nostra de hoc sanctissimo mysterio sententia. Dicunt autem Veteres os nostrum impleri igne spirituali : & linguam sanguine cruentari : quia dum vera fide Signa Cœnæ Dominicæ percipimus, proculdubio

simus rerum significatarum, hoc est Corporis & Sanguinis Domini verè participes. Quare illa omnia figuratè dicuntur. Nec enim os nostrum propriè est ~~extinctus~~ ignis spiritualis (hoc enim ad animam & fidem pertinet) nec lingua nostra propriè Christi sanguine cruentatur: alioquin res hæc non esset spiritualis, sed Corporalis; quod absit: nec id unquam vteribus in mentem venit, qui saepe hyperbolicis eiusmodi loquendi generibus usi sunt, ut nobis magis commendarent spiritualem mandationem.

Panem & vinum Carnem & Sanguinem creari dicunt Veteres: hoc est sacra illa symphila in sanctissimum hunc usum consecrati, ut illis vera fide perceptis Carnem & Sanguinem Christi, ipsumque a deo Christum partipemus, quemadmodum paret ex hoc ipso loco nobis obiecto. In mysterio, inquit, per consecrationem: Ihesus ex substantia Panis & vini mysticè Corpus Christi consecratut. Alioqui Corpus Christi in Cœna Dominica creari non auspi dicens Aduersarij, licet ex suis commentis Pontificij videri velint sui Creatoris Creatores.

Nos Christi carnem in pane vel sub forma accipere dicunt Veteres: hoc est, fideles Cœnam Dominicam ritè celebrantes non minus spiritualiter vera fide manducare Carnem Christi, quam ore corporis sacram ipsius carnis symbolum accipiunt. Et hoc loquendi genus In Pane & Sub Pane, & signa similia op-

currunt, idcirco à Veteribus usurpati, quia
in Cœna Domini Panis est Signum & Sigillum
Corporis Christi: ac proinde tanquam instru-
mētum exterius quo virtutur Spiritus Sanctus (i-
ta instituente Domino) ut nos interius afficiat
sua virtute, & vivificet Carne & Sanguine Iesu
Christi. Atque eò spectat quod Veteres nobis
obiecerit, Dicūt In pane & carne efficaciam ad vivi-
ficationem. Similes sunt hæ locutiones quæ
passim apud Veteres occurunt. Nos accipere
in Aqua remissionem peccatorum, salutem & Sent. I. 4.
vitam (& vt loquitur August. & Hieronymus, dist. 3. &
citante Lombardo) in Baptismo Trinitatem dist. 4.
interius hominem baptizare: fidem in aquis
Baptisini dari vel nutriti. Sic intelligendum
quod Isidorus & Bertramus dicunt: Sub rerum
visibilium integumento, virtutem seu gratiam
diuinam intus invisibiliter salutem fidelium o-
perari: & quæ similia occurunt non intelligen-
da de Reali Inexistentia rerum Significatarum
In Cum vel Sub Signis, vel sub Signorum ac-
cidentibus: sed de spirituali illa præsentia &
fruitione quæ Spiritus Sanctus animis nostris
exhibet vera fide intuendam & percipiendam:
quemadmodum iam s̄pè à nobis expositū est.

Panem transforari dixit Theophylactus
& Carnem esse: nimirum quia quotquot vera
fide sacrum illum panem percipiunt, sunt Car-
nis Christi participes, cuius Panis Signum sit
ac Sigillum: idcirco nomen habet Carnis, ut
antè dictum est. Vocabula autem Transfor-

R. iiii.

mandi & Transelementandi, ut factio esse da-
riora, & quæ ne ipsi quidem Aduersarij auhūt
tueri $\chi\tau\tau\alpha\pi\tau\sigma$, ita dico ex illis Realem Cor-
poris Christi in terris atque adeo in Pane vel
sob panis accidentibus præsentiam inferri non
posse. Quinetiam tanet si hæc Theophylaci
vocabula Pontificij sibi suæque Transubstan-
tiationi Venerat, tamch nō possunt illis pa-
troninari, si quidem recte ex Theophylacti sen-
tentia expōnatur. Nam istam mutationem
referto ad usum Panis, ut dictum est suo loco,
non ad eius substantiam. Sacer enim ille Panis
non nobis portigitur ut corpus alat, sed ut sit
instrumentum animæ nutriendæ: quod Tho-
phylactum sensisse perspicuum est ex his ipsius
verbis. In virtutem carnis & Sanguinis trans-
elementari, inquit. Nempe quia Panem illam
cum fide & pœnitentia ex instituto Domini
manducantes, & ex sacro poculo bibentes, Car-
nis & Sanguinis Christi virtutem in animis
nostris persentimus: ex quo sit ut Theophyla-
ctus proponat virtutem ipsam Carnis & San-
guinis, cuius virtutis Signa ipsa non sunt ~~de-~~
~~signa~~: sed piorum animi, fidei in structi.

Superiora Veterum testimonia ita intelli-
genda, non autem ad Realem quam Transub-
stantiatores & Consumentatores constitutæ
Inexistentiam Corporis Christi in terris in
Pane vel sub Panis specie, detorquenda esse,
paucis demonstro hoc Connexo.

Si realis præsentia Corporis Christi In, Cū,
Sub

Sub pane vel sub Panis accidentibus statui non potest quia in euertatur ipsius Corporis Christi veritas: & veritatem Corporis Christi Veteres Doctores p[ro]ij omnes uno consensu constanter retinuerunt: certe Veteres Doctores Realem illam inexistentiam, sive præsentiam Corporis Christi. In Pane vel sub Panis Accidentibus nunquam probarunt. At iam in Tractatu nostro de Veritate Humanæ Naturæ Christi nobis cōficit Veterū sententia, de vero Christi corpore suisq[ue] dimensionibus circumscrip[ta]o, cōditionib[us]que & proprietatibus veri corporis prædicto: quam nihil attinet reperiere. Quare Veteres Doctores nunquam probarunt Realem illam Corporis cum pane vel sub panis specie Inexistentiam.

Quinetiam ex Veterum testimonis nobis obiectis effici non posse illam Realem Inexistentiam ita doceo. Hæc non sunt conjectaria: Christus nos ait suo Corpore: os nostrum impletur igne spirituali: lingua nostra cruentatur Christi sanguine: Panis est Caro: Panis transformatur & translementatur: Panis per consecrationem creatur caro. Ergo Corpus Christi est Realiter existens in pane cum pane sub pane, vel sub Panis accidentibus: hec inquam nullo consequentiæ vinculo connectuntur: imò ne ipsa quidem vocabula cōcedunt. Item ex hoc loquendi genere: Corpus Christi in Pane vel sub panis forma accipimus: nō sequitur Corpus ipsum esse Realiter: & es-

sentialiter in pane vel sub pane vel sub panis
 accidentibus. Nam multas cōsācēs ex ipsis
 Veteribus attulimus & plures etiam afferri pos-
 sunt. Adde quod si sit Corpus, ex ipsa etiā Scri-
 ptura feremus ēsāor. Nam ex eo quod dicit
 Paulus, Patres nostros fuisse baptizatos in nu-
 be & in mari , & eandem spiritualem escam
 manducasse , colligi non potest Sanguinem
 Christi fuisse tum Realiiter existentem in nu-
 be & in mari : vel Corpus Christi fuisse rea-
 liter in Manna aut sub eius accidentibus. I-
 tem , ex eo quod dicebat Christus Iudeis,
 eos in Scriptoris vitam æternam habere , mi-
 nimè sequitur vitam æternam esse Realiiter
 præsentem in ipsis Scripturis: ne loci alij con-
 similis mihi cominmemorandi sint. Sed præstat
 quædam ex ipsis Veteribus delibate quibus il-
 li suam nobis de hoc mysterio sententiam ex-
 plicabunt.



C A P. VI.



Eterum Doctorum sententiæ
 de Mysterio Cœnæ Domini ad-
 uersus dogma de Reali inexi-
 stentia Corporis Christi In-
 Cum , sub Pane , vel sub Panis

Cypr. de accidentibus.

Cœna D. Potus & esus ad eandem pertinet rationem
 qui-

quibus sicut corporea nutritur substantia & viuit : ita vita spiritus hoc proprio alimento nutritur : & quod esca carni , hoc animæ fides est : quod cibus corpori , hoc verbum spiritui , excellentiori virtute peragens æternaliter quod agut alimēta corporalia temporaliter &c.

Item : Hæc quoties agimus non dentes ad ibidem mordendum acuimus , sed Panem sanctum sincera fide frangimus & distribuimus.

Dedit Dominus noster in mensa in qua vltimum cum Apostolis participauit conuinium propriis manibus panem & vinum , in cruce vero manibus militum Corpus tradidit vulnerandum : ut in Apostolis secretis impressa veritas sincera , & vera sinceritas expoperet Gentibus quomodo Panis & vinum caro esset & sanguis : quibus rationibus causæ effectibus conuenirent : & diuersa nomina vel species ad ynam reducerentur essentiam & significantia & significata eisdem vocabulis censerentur.

Nostra & ipsius coniunctio nec miscet per De Cœna Ionas , nec unit substantias , sed affectus consolat , & confederat voluntates . D.

Quando Dominus Corpus suum panem vocat de multorum granorum adunatione congestum , populum nostrum quem portabat indicat adunatum . Et quando sanguinem suum Vinum appellat , de botris atque acinis plurimis expressum atque in unum coactum , gregem item nostrum significat , commixtio-

Li. ep. 6.

ne adunatē multitudinis copulatum, & inseparabile vnitatis Sacramentum.

Chrysoſt.
homil. 24.
ad Cor. &
homi. 60.
ad pop.

Ant.

Quotquot huius Corporis participes efficiuntur, & quotquot Sanguinem degustamus, cogitare debemus quod illum sursum sedentem qui ab Angelis adoratur hunc degustamus. Quæ sursum sunt, inquit Paulus, sapite: ubi Christus est ad dexterā Dei sedens &c. Ascende igitur ad cœli portas, imò cœli cœlorum, & tunc quæ dicimus intueberis.

Chryſ.
hom. 61. ad
pop. Ant.

Quotquot participes huius Corporis efficiuntur, quotquot sanguinem degustamus, cogitemus quod illum sursum sedentem, qui ab Angelis adoratur incorruptibili vicinus virtuti hunc degustamus.

Hom. 83.
in Matth.

Accipite, comedite, hoc est corpus meum &c. Quomodo turbati non fuerunt quum hoc audissent? quia multa iam & magna de hoc antea diffiserat. Quapropter nec illud quod iam crebido percepérant confirmauit & cetera. Ipse quoque bibit ex eo, ne auditis verbis illis dicentem. Quid igitur? Sanguinem bibimus, & Carnem comedimus? at ideo perturbarentur. Nam & quando prius de his verba fecit, multi solummodo propter verba scandalum passi sunt. Ne igitur tunc id quoque accideret, primus ipse hoc fecit ut tranquillo animo ad communicationem mysteriorum induceret &c. Quando Dominus hoc mysterium tradidit, Vinum tradidit, & iam post Resurrec-

ctionem sine mysteriis in simplici mensa, vino
vſus est. Ex genimine ait vitis, quæ certè vi-
num non aquam producit.

Basilius & Nazianzenus, vocant Panem & vi In liturg.
naru S. Cœnæ & liturgia sive Signa Corporis In Iaud.
Christi. Et τύπος τῆς σωτηρίας Signa salutis no- Greg. in E-
stræ. pitth. Cesar.

Irenæus, Est altare in cœlis; illuc enim pre- I. 4. c. 34.
ces nostræ & oblationes nostræ diriguntur: &
ad templum, quemadmodum ait Ioannes in
Apocalypsi: Apertum est templum Dei, & ta-
bernaculum. Ecce enim, inquit, tabernaculum
Dei in quo habitabit cum hominibus.

Hic Christus in imagine offertur: illic verò Ambros. de
in cœlo in veritate, ubi apud Patrem pro no- off. I. 4. c. 48.
bis quasi Advoctatus interuenit. Ascende ergo,
ô homo, in cœlum & videbis ea quorum um-
bra hic erat vel imago &c.

Ante benedictionem verborum alia spe- De Sacram.
cies nominatur, post Consecrationem, Cor- I. 4.
pus Christi verè SIGNIFICATVR.

Christus assumpto Pane qui confortat cor Hieron. in
hominis, veritatem Corporis suis repræsenta- Matth. c.
vit.

Manducauit Manna & Moyses & Aaron & Augustinus
Phinees & multi qui Domino placuerunt, & in Tract.
mortui non sunt. Quare? Quia visibilem ci- 28. in Ioan.
bum spiritualiter intellexerunt, spiritualiter e-
surierant, spiritualiter gustauerunt, ut spiri-
tualiter satiarentur. Nam & nos hodie accepi-
imus visibilem cibum; sed aliud est Sacraumen-

270 DE SACRAM. MANDVCAT.

tuū, aliud est virtus Sacramenti.

In Ioan.tra. 27. Hoc est manducare illam escam & illum bibere potum: in Christo manere, & Christum in se manentem habere. Ac per hoc qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus: proculdubio nec manducat spiritualiter carnem eius, nec bibit eius sanguinem: licet carnaliter & visibiliter premar dentibus Sacramentum Corporis & Sanguinis Christi.

In Ps.98. Ut quid paras dentes & ventrem? Crede & manducasti.

In Ioan.tra. 25. Verba quæ locutus sum vobis, spiritus est, & vita (inquit Christus) spiritualiter intelligite quod locutus sum. Non hoc Corpus quod videtis manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem quem fusuri sunt qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendavi: Spiritualiter intellectum, vitificauit vos &c.

Contra Faust. I. 19. Quid aliud sunt corporalia quæque sacramenta: nisi quedam quasi visibilia verba? quia similitudinem gerunt earum rerum quas significant, & quæ in verbo sunt reconditæ.

Cont. Adi-
man. Non dubitanit Dominus dicere: Hoc est Corpus meum: quum Signum daret Corporis sui.

De Ciuit.
Dei I. 19. &
21. Non dicendum eum manducare Corpus Christi, qui in Corpore non est Christi. Isti de quibus

quibus Apostolus ait, Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt &c. non sunt dicendi manducare Corpus Christi; quoniam nec in membris computandi sunt Christi. Non possunt simul esse & membra Christi, & membra inertericis. Deniq; ipse dicens: Qui manducat meam carnem &c. ostendit quid sit NON SACRAMENTO TENUIS, sed reuera Corpus Christi manducare, & eius Sanguinem bibere: hoc est enim in Christo manere ut in illo maneat & Christus. Sic enim hoc dicit, tanquam diceret: Qui in me non manet, & in quo ego non maneo, non se dicat aut existimet manducare Corpus meum, aut bibere sanguinem meum.

Miserabilis seruitus animæ, Signa pro Rebus I.3. de Doct; accipere &c. Christ.

Nisi manducaueritis carnem &c. inquit Christus: facinus & flagitium videtur iubere. Figura est ergo precipiens Passioni Domini esse communicandum, & utiliter recondendum in memoria, quod pro nobis caro eius crucifixæ & vulnerata sit.

Qui discordat à Christo nec Corpus eius manducat nec sanguinem bibit: etiam si tantæ Rei Sacramentum ad iudicium accipiat.

Si Sacraenta quandoam similitudinem eorum rerum quatum Sacraenta sunt, non haberent, omnino Sacraenta non essent. Ex hac autem similitudine plerunq; etiam ipsarū Rerū nomina accipiunt. Ergo secundū quendā modū

Sacramentum Corporis Christi, Corpus Christi est. Sacramentum Sanguinis, Sanguis Christi est &c.

Ep. 52. Signa cum ad res diuinias pertinent Sacra-
menta appellantur.

Ep. 50. Qui non quærunt Spiritum Sanctū in Chri-
sti Corpore, eius habent foris Sacramentum:
sed Rem ipsam non tenent intus cuius est illud
Sacramentum, & ideo sibi iudicium mandu-
cant & bibunt.

Ep. 102. Nec moueat quod aliquando Res quæ si-
gnificat, nomen eius Rei quam significat acci-
pit. Sic enim & Petra Christus, quia Significat
Christum.

Serm. 152. & Tangit Christum qui credit in Christum.
174. Et serm. 174. Cum ascendit in cœlum ab eo nō
separamur: sicut ille ascendit nec recessit à no-
bis, sic & nos cum illo ibi iam sumus. Et serm.
175. Ascendamus cum Christo interim corde
sequemur & corpore: Sursum corda debemus
habere ad Dominum.

In leuit. 13. Solet res quæ significat eius rei nomine
1657. quam significat non copari: & hinc est quod
dixit Petra significat Christum. Non enim
dixit Petra significat Christum: sed tan-
quam hoc esset quod utique per substan-
tiam non hoc erat, sed per significatio-
nem.

Contra fau- Accedant ad Iesum: non carne, sed corde:
Rum 1.33. non

non Corporis præsentia, sed fidei potentia,
sicut ille Centurio. &c.

Noli parare fauces, sed cor : Non ergo *Serm. 28.*
quod videtur, sed quod creditur pascit ; Nos *secundū Lu-*
cam.
non tangimus, credimus.

Vita erit vnicuique Corpus & Sanguis *Serm. 2. de*
Christi: si quod in Sacramento visibiliter su-*verbis Apo-*
mitur, in ipsa veritate Spiritualiter manduce*stoli.*
tur, Spiritualiter bibatur.

In coniuio Corporis & Sanguinis sui *In Ps. 3.*
figuram discipulis commendauit & tradidit.

De mensa dominica sumitur quibusdam *Tr. 25. In*
ad vitam, quibusdam ad exitium. Res vero *Iean.*
ipsa cuius est Sacramentum, omni homini
ad vitam, nulli ad exitium, quicunque eius
particeps fuerit, &c. In quo Christus non ma-
net proculdubio nec manducat spiritualiter,
licet carnaliter & visibiliter premat denti-
bus Sacramentum Corporis & Sanguinis
Christi, sed magis tantæ rei Sacrametum ad
iudicium sibi manducat & babit.

Illi manducabant panem Dominum : Iu- *Tr. 50.*
das Panem Domini contra Dominum, &c.

Sermo caro factus erat ac proinde in cau- *Tertull. de*
sam vitæ appetendus, & deuorandus auditu, *Res. carnis.*
& ruminandus intellectu, & fide digeren-*Adu. In-*
dus. *deos.*

Panem Corpus suum appellat (adu. *Marc.*
l. 1.) Pane ipsum suū Corpus repræsentat. Et
l. 4. Acceptum panem & distributum disci-

S. j.

pulū, Corpus suum illam fecit: Hoc est Corpus meum dicendo, id est figura Corporis mei. Patrem suum Corpus appellat &c. Caro Christi hodie nobis, sed Spiritualiter utique non carnaliter exhibetur.

Bernardus *Ioan. 20.* Noli me tangere, nondum enim
in festo *ascendi ad Patrem meum.* Quasi vero quum
Mar. ser. iam ascenderit, nunc tangi ab ea velit, aut
Serm. 28. possit. Et ut que poterit: sed affectu, non manu:
sup. Catolic. voto, non oculo: fide, non sensibus. Tanges manu fidei, desiderij digito, devotionis
 amplexu: tanges oculo mentis. Et Serm. 76.
 Credere inuenisse est. Norunt fideles Christi
 habi are per fidem in cordibus suis.
 Quid proprius est?

Cyrill. ad Eusept. Num ἀρθρωτοφαγία mysterium nostrum
Math. II. pronuntias, & irreligiosè ad crassas cogitationes
 virgines fidelium mētes, & humanis cogitationib. attentas ea tractar., quæ sola pura & exquisita fide accipiuntur

Theodoret. Dial. I. & 2. In mysteriorū institutione Salvator noster
 nomina commutauit, & Symbolo nomine Corporis dicit.

Dominus accipiens symbolum non dixit:
 hæc est Diuinitas mea; sed, Hoc est corpus
 meum, quia videlicet panis Corporis, & non
 Diuinitatis symbolum & typus est.

Signa mystica post Sanctificationem non
 recedunt a substantia naturæ.

Super-

Supersedeo à pluribus testimoniis Veterum recensendis, quam rem plerique huius ætatis Doctissimi Theologi accuratè & feli- cissimè præstiterunt.

Porrò quandoquidem nonnulli ex nouis istis Monachis, quos Iesuitas appellant, idētidem obiciunt eos qui Transubstantiationem improbant, non satis inter se conuenire: peto à lectoribus ut nobis liceat, antequam hunc Tractatum concludamus, quædam adiungere de Pontificiorum Doctorum concertationibus in Transsubst. quæstione, quod quidem argumentum iam alias à nobis tractatum fuit. Sic enim isti Monachi qui tantopere dissidiis delectantur, intelligent, nihil ad eam rem sibi opus esse extra suā familiam vagari: quia satis habet in quo in posterum se exerceant, ipsis suorum Doctorum controveneris (si fieri possit) cōciliandis. Hoc ergo Transubstantiatorum inter se de illo suo commento digladiantium theatrum omnibus hic conspiciendum propono: ut magis magisque pateat Transubstantiationis absurditas: ipsi autem recentes Monachi iā admoneantur manum ad mouere suis potius curandis (si quo id modo liceat) quam alienis vulneribus exulcerandis.

S. ij.

Pontificiorum Doctorum contrariae de Transubstantiatione sententie.

I.

Qvarunt Scholastici Pontificij Doctores quidem, verum Christi Corpus quod pro nobis crucifixum est, in Eucharistia contentum manducetur. Affirmant autem Lombardus & Gratianus, in quorum sententiam Scholastici frequentes eunt. Sed quum eis negotium facilius videretur Augustinus his verbis ab illis ipsis Doctoribus citatis.

In Ps. 92. Non hoc Corpus quod videntis manducaturi estis,
De consecr. nec bibituri eum sanguinem quem fusuri sunt i qui
dist. 2. Can. me crucifigent: igitur est Lombardo & Gratia-
non hoc. non aliena pro Augustini verbis substituere,
eaque Augustino tribuere. Ipsum quidem, &
no ipsum: Ipsu in inuisibiliter: no ipsum visibiliter.
Verba autem Augustini sic habent. Sacramen-
tum aliquid commendavi vobis, Spiritualiter in-
tellectum invicabit vos.

Thomas o- Augistini verbis accedere videntur quae
pus. 58. c. 19 Scholastici tradiderunt de Corpore Christi
in celo existente, extra Sacramentum Spir-
itualiter manducando: quemadmodum per-
picuum est ex eorum scriptis.

Astefanus Sed superiori sententiæ videtur Lombardus renuntiare quum ait: Quatuor fuisse figurae huius Sacramentorum: Sacrificium Melchisedech: Manna: Agnum Paschalem: & sanguinem qui profluxit à latere Christi: quam sententiam Astefanus & plerique alii sequuntur.

Item

Item ille ipse Lombardus & Gratianus: In Summa
Sacramentaliter sumitur proprium Christi Cor-
pus: Spiritualiter sumitur Spiritualis Christi ca-
ro. Sic duo propria corpora Christi constituit:
vnum proprium, alterum spirituale. Nisi for-
tè Corpus Christi aliud faciat quam sit i-
psius Caro.

I. part. l. 4.

ts. 8. ar. 3. li.

4. sen. dist. 2.

De Cœscr.

dist. 2 Can.

de hac qui-

dem,

De Cœscr.

dist. 2 Can.

dupliciter.

Sed imprimis inexplicabile est quod extat apud Gratianū. Dupliciter intelligitur Caro Christi & Sanguis vel Spiritualis: illa atq. diuina de qua ipse ait, Caro mea verè est cibus & sanguis verè est potus, &c. vel, Caro qua crucifixæ est & Sanguis qui pro multis effusus est lancea.

Idē: Caro eius est quā formā Panis opertā in Sa-
cramento accipimus & Sanguis eius quā sub Vini s̄pe quod dic-
cie & sapore potamus: Caro videlicet Carnis, & Sā-
guis Sacramentū est sanguinis. Carne & Sanguine ut-
raq. Inassibili signatur visibile D. nostri Iesu Christi
corpus & palpabile plenū gratia omnium virtu-
tum & diuina maiestate. Hæc ille. Quum autē
explicare voluit Thomas rationē quā Christi caro dicatur operta in Sacramento: & hāc
rem aliqua similitudine adumbrare: Species
Panis, inquit, est signum Corporis, sicut in pastillo Opus. 58. c.
sunt occultatae carnes. 9.

Idem Gratianus. Cœlestis panis qui Christi Ibid.
caro est suo modo vocatur Corpus Christi, quum
revera sit Sacramentum Corporis Christi, illius vi Glossa in
delicet quod visibile, quod palpabile, mortale in Can. hoc est
cruce positum est. vbi Glossa: vocatur Christi Cor in verbo cœ-
pus, id est, Significat.

Querunt Scholastici Pontificij vtrū Corpus Christi in Eucharistia contentum Ore corporis sumatur, & in ventriculum deiciatur: an verò sola fide ab animo percipi debeat.

Fide tantum percipiendum esse hæc innuere videntur.

De Cœscr. *Corpus Christi, Fide, Mente & haustu interior dist. 2 Can.* *ris hominis sumitur.*

quia corpus *Quod visibili er in Sacramento sumitur, in ipsa Can. qui manducatur.* *veritate spiritualiter manducatur & bibitur.*

Can. ut *Vt quid paradentes & ventrem, crede & man- quid. ducasti.*

Can. crede. *Credere in Christum est manducare panem vi- re.* *rum.*

Can. tunc eis *Christi sanguinem bibimus credentes.*

Can. Chri- *No non iste panis est qui vadit in corpus, sed pa- sti panis est *N*is vita eterna, quia anima nostra substantiam ful- est.*

Can. in il- *In illo Sacramento Christus est: non ergo corpo- lo. ralis esca sed spiritualis.*

Can. quia *Quum ad reuerendum altare cibis spiritualibus*
Corpus. *satiandus ascendis, sacrum Dei tui corpus fide re- spirante contingit, cordis manu suscipe.*

Tomo 2. *Sic porrò Cajetanus. Falsissimum est Corpus tract. 2. c. 3: Christi, corporaliter sumi: quoniam spiritualiter & non percipiendo sed credendo dicunt Theologi sumi in Eucharistia.*

Ibid. c. 5. *Idem, Manducatio corporalis non masticat*
 Chri-

Christi Corpus: quanvis conterat Sacramentales species: sed Spiritualis manducatio qua per animam fit, ad Christi carnem in Sacramento existentem pertinet.

Alij verò contrà dicunt, & existimant Corpus Christi ore quidem sumi, sed non in ventriculum descendere. Sic enim Glossa apud Gratianum: *Quam cito species dentibus atteritur, tam cito in cœlum rapitur Corpus Christi.* Ibi vide contrarias & repugnantes opiniones, prolixè recitatas.

Durandus autē Corpus Christi de ore transit ad Cor: & tunc definit presentia Corporalis, remanente spiritali.

Rursus alijs existimant Corpus Christi etiam in ventriculum descendere, modo tamen species in ore non fuerit immutata.

Alij postrem censemunt Corpus Christio minò deiici in ventriculum: & ibi tandem permanere quandiu species permanent. Vide dist 9 qu 1. Gratianum in his verbis: *Siquis per ebrietatem Eucharistia euomuerit. Quæ verba Scholastici sanè quam sordide exagitant, disserentes quantum Corpus Christi censeatur esse sub accidentibus per euomitinem eictis.*

III.

Quartunt Scholastici Pontificij: An Corpus Christi frangatur & atteratur dentibus nécne. Non frangi apparet ex his quæ sequuntur.

S. iiiij.

De Cōsecr. Non quando manducamus, partes de illo faci-
dist. 2. Can. miss.

qui mādu- Assumente non conscius, non contractus, non
cant diuisus, integer accipitur.
Missa in se

quent. Manducatio corporalis non masticat Christi

Caiet. ti. 2. Corpus, quamvis conterat Sacramentales species.

tr. 2. c. 5. Rursus quidam existimant, nihil verè fran-
Thomas 9. gi, sed tantum videri frangi: & mirabili mo-
pusc. 59. do ubi nihil frangitur fieri fractionem [En
Idem. 3. qu. 75. *Durā*. miracula Transsubstantiationis.]

in ration. l. Alij docent Corpus Christi frangi & ni-
4. c. 41. hilominus existere non diuisum: alijs ma-
lunt substantiā panis frangi (atque ita Trā-
substantiatio euauit.)

L. 4. sent. di- Vulgo tamen auctoritate Lombardi ducti
finet. 12. opinantur partitionem fieri in solis Acci-
dētibus.

Contra verò ipsum Christi Corpus fran-
gi & dētibus atteri verbis apertissimis Papa
Nicolaus & Synodus Romana Berengario
tradidit in hunc modum.

De Cōsecr. Confiteore eandem fidem me tenere quam Do-
dist. 2.

Can. ego & venerabilis Papa Nicolaus, & hec san-
Berenga-cta Synodus auctoritate Euangelica & Aposto-
rius. lica tenendum tradidit, mihique firmauit. Scilicet

panem & vinum quae in altari ponuntur, post Con-
secrationem non solum Sacramentū, sed etiam ve-
rum Corpus Domini nostri Iesu Christi esse & sen-
sualuer, non solum Sacramentum, sed in veritate
Caiet. vbi manibus sacerdotum tractari, frangi & fidelium
sup. c. 3. dentibus atteri. Huic decreto incercedunt Ca-
ictanus,

ietanus, Astesanus, Glossa & plerique alij
Doctores.

*In summa.
1. part. l. 4.
tit. 17.*

1111.

Querunt Scholastici Pontificij vtrū im-
probi Corpus Christi manducent: &
vulgō existimant manducare, post Lombar-
dum lib. 4. sent. dist. 9. &c.

*Glossa in
Can. ego Be-
reng. & in
Can. vtrū
sub figura.*

Contra non manducare significant ea quæ
sequuntur.

Qui discordat à Christo non manducat carnem Can. qui di-
eius: nec bibit eius sanguinem, et si tantæ rei Sa- scordat. de
cramentum ad iudicium sue perditionis accepit. conf. dist. 2.

Christus panis est de quo qui manducat vivet Can. Chri-
in eternum. stus.

*Qui manducant & bibunt Christum, vitam Cā qui mā
manducant & bibunt. Adde quod alibi à Scho- ducant.*
laisticis Pontificiis traditur solos fideles ac- Can. quia
cipere Corpus Christi. Item: Spiritualem passus.
manducationem quæ sit per fidem solis pro- Astes. in
bis contenire. summa l.
part. 4.

Nōnulli sic distinguunt: *Siquis infidelis nul- ti 17. &c.
lam habet intentionem illud sumendi tanquam Sa Pet. 4. l. 9.
cramentum aliquod Ecclesia non sumit Sacra- qui. art. 4.
mentum taliter, quia sumit ut signum. Intentio est necessa- Astes. in sa-
ria, & necessarium ut illa intentio dirigatur secun- ma ubi sup.
dam fidem quæ est in ipso, vel in altero: & oportet
quod saltem sumere intendat, quod alios credere
estimat, licet ipse non credit: sine quia credit es-
se verum Sacramentum, sine quia existimat alios
credere.*

Quærunt Scholastici Pontificij an quum Eucharistia sumitur, Corpus Christi sit quærendum in cœlo: an verò sub accidentibus Panis.

Cypr. de O-
rat. dom. In cœlo quærendum esse probat vetus il-
la formula quam Pontificij in sua Missa reti-
nuerunt *Sursum corda*. Adde hanc pre-
cationem Missæ. *Suplices te rogamus Omnipotēs
Deus, mibe hæc proferri per manus Sancti Ange-
li, in sublime altare tuū, in conspectu diuina Ma-
iestatis tue*. Itaque Lombardus ait, Missam
non rectè dici nisi Angelus veniat, quem ad-
modum Sacerdos precatur. Sedenim huius
precationis sensus nondum planè constat
Doctoribus Pōtificiis, vt videtur est apud Gra-
tianum in *Glossa in Can. virrum in verbo perfer-
re*. *De Consecr. dist. 2*. Et apud Durandum in ra-
tion. l. 4. c. 44.

Missæ. Huc spectat hæc Missæ precatio. *Vt qua
nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus.*

Rabban. *Nunquam caro Christi nisi de manu eius ē su-
de Sacer. hlimi arā ubi Christus Ponitur pro omnibus assi-
Euchar. sit iure accipitur.*

*De Cosecr.
d 2. c. Pan-
lis. c. quid
sit sanguis.* *Christus sursum est donec seculum simiatur.
Vno eodemque momento in cœlum rapiatur cor-
poris Christi confociandus.*

*Car. prima
quidem he-
res.* *Corpus Christi in uno loco esse oportet, veri-
quidem he-
res autem eius ubique diffusa est.*

Contra vulgo existimant verum Christi
Cor-

Corpus Realiter præsens existere sub Accidentibus Panis. Sic enim Caietanus. Tria sunt in Eucharistia: Sacramentum quod adoramus: Manducatio Sacramentalis: Et Manducatio Spiritualis.

Et Thomas. *Corpus Christi est in uno loco, i.e. Opusc. 58. in caelo, visibiliter in forma humana: veritas autem est c. 13. eius ubique, id est, Divinitas & verum Corpus in omni Altari Sacramentaliter est. Lege & si potes intellige consimiles distinctiones à Doctoribus Pontificiis propositas. Corpus Christi esse in Loco sed non localiter. Esse Quantum, sed non per modum quantitatis: esse in Eucharistia eum corporis locum qui in caelo est, sed non esse positione: & eiusmodi praeterea.*

VI.

Querunt Scholastici Pontificij: An in Eucharistia Panis substantia remaneat nec-ne.

Prima, inquit Scotus, opinio fuit, quod substantia Panis manet: *In report. Alia opinio quod non manet substantia Panis, sed vel annihilatur, vel resolutur in materiam primam. Alia quod substantia panis conuertitur in Corpus Christi, &c. Dico quod licet substantia panis manaret non auferret venerationem, neque esset occasio Idolatrie, & quod substantia panis magis representat Corpus Christi quam accidentia tantum: quum maior sit conuenientia substantiae ad substantiam, quam ad Accidens.*

In 4. sent. Petrus de Alliaco. Ille modus qui ponit substantiam panis remanere nec repugnat rationi, nec auctoritati Eiblæ: immo est facilior ad intelligendum & rationabilior, & non ponit accidentia sine subiecto quod est unum de difficultibus que hic ponuntur.

De Cœscr. Martinus Papa. In Sacramento offertur aqua, vīnum & panis quæ in Typo Christi bene-

dist 2. Can.
nō oportet.

Et Can. in dicuntur.

Sacram. Quum Magister veritatis verum salutis nomine, sacerdotium suis commendaret discipulis, nulli lac sed Panem tantum & calicem sub hoc sacramento cognoscamus dedisse.

Can. Panis Quamus Panis sit & Calix, alimentum est Resurrectionis.

Quomodo potest quod panis est, esse Corpus Christi? quanto magis est operatorius sermo Christi ut sint quæ erant & in aliud conuertantur.

Can. hoc est quod dicitur. Sacrificium Ecclesiae duobus confiat, Sacramento & Re Sacramenti: sicut Christi persona constat ex Deo & homine: quum ipse Christus Verus sit Deus & verus homo: quia omnis res illarum rerum naturam & veritatem inse continet ex quibus conficitur.

Contrà vulgò credunt substantiam Panis in substantiam Corporis Christi, ut perspicuum est. Sed quibusdam vocabulis ista conuersio exprimatur, nondum inter eos constat. Sic enim extat in Can. qui manducant. Panis est Corpus Christi. Contrà sic Scotus. Quilibet talis propositio est falsa: Panis est Corpus Christi; Panis

Panis fit Corpus Christi: & ita dicendum est. De Pane fit Corpus Christi. Quod rursus Glossa im probat apud Gratianum in Can. quia Corpus in verbo cōvertuntur. de Consecr. dist. 2.

Nec minus laborant Scholastici Pontificij ut nobis, scilicet, explicent quid substantia panis fiat, & quorūsum euolet. Quidam existimant eam in nihilum redigi, à qua sententia Ecclesiam abhorrente Scotus ait. *Glossa in tit.* *Or in Can.* *species in Can. firmi-*
teter. Ext. de summa Trin. *Thom. 3. q.*
75.
Caiet in cō-
ment. in
Thom. ib.

Non etiam satis constat inter illos. An aqua etiam cum vino transubstantietur in *Sanguinem*. Nonnulli aquam in nihilum redigunt. Alij malunt transubstantiare in sanguinem. Alij putant conuerti in vitalem humorē Christi. Timidior est Durādus: *Quis inquit, audeat definire.*

Vide Glossam in tit. de Conf. dist. 2. In Can. non oportet. Ibidem. Et in Can. cum Martha paragrapho verum de celebr. Miss. Durand. l. 4. c. 42.

Thomas autem mauult Aquam conuerti in *vinum*: & *vinum* in *sanguinem*, ex quo infert parum Aquæ admiscendum esse *vino* in celebratione *Missæ*. Nimirum veretur nemnia Aquæ copia *vinum* ordine præposte-

ro in Aquam conuertatur: quod Transsubstantiationis genus Rom. Ecclesiæ sacerdotes absque hæreleos suspicioñe libenter respuunt.

Nondum etiam inter illos satis constat
An accidentia Panis & Vini sint sine sub-

In report. dft. 10. q. 1. iecto in Eucharistia. Sic enim Scotus. *Tene-*
tur quod ibi est Corpus Christi, siue accidentia sint
ibi in pane ut in subiecto, sine sine subiecto. Alij
malunt accidentia fundari in aëre. Lombardus censet l. 4. dft. 12. esse sine subiecto. Cui
subscribit Thomas Opus. 59. & 3. qu. 79. Ita
tamen ut accidentia possint hominem nu-
trire: atque ita rursus accidentia in substan-
tiā conuertit.

Quærunt etiam: An mures Eucharistiam
comedentes Corpus Christi etiam comedāt.
Et affirmant multi, ut extat apud Gratianū
de Consecr. dft. 2. Can. qui bene non custo-
dierit. & ibi Glossa, &c. huc accedit Tho-
mas, 3. q. 80. art. 3. Alij contrariam opinionem
tuentur. Sic enim apud Gratianum: Nemo
illam carnem manducat nisi qui aorauerit.

In 4. dft. 13. Et ita censem Bonaventura, A. Stefanus & a-
In summa lij plerique. Quidam huc redeunt, ut dicant
1. part. t. 17. miraculoſe substantiam reuerti. Alij nouam

materiam creari, quos omnes confutat Tho-
Vbisup. 3. mas. Præterea hærent quum vrgentur
q. 77. Dur. ex illis vermis qui in Eucharistia gigni
in rat. l. 4. solent, valde solliciti vndēnam existant illi
c. 41. vermes. Quidam ex aëre circumstante. Alij
quibus

quib. Trāsubstantiatio displicet, ex ipsa Panis substantia. Thomas ex quantitate dimensua, atque id per miraculum fieri autumat; quum potius miraculi loco habendum esset, si nulli inde vermes gignerentur.

VII.

Querunt Scholastici Pontificij vtrū species Panis sit Signum Corporis absque Sanguine: an verò includentis humores & spiritus, atque adeò ipsum Sanguinem. Thomas affirmat, Sanguinem adesse Corpori per *Opusc. 58. c. 13.* connexionem, cuius sententiā permulti se- quuntur. Verum Scotus hic suspensas habet rationes. *Non est*, inquit, *cerum. Nam virum que posse sustineri: & neutrum probari.* En tibi *In report.* egregiè Pontificiorum Doctorum decisio- *d. 10. qn. 3.* nes.

Hanc connexionem & Concomitantiam iudicem Scholastici nobis obtrudunt, quum agitur de Communione sub utraque specie, quā solis Sacerdotibus conuenire Conciliū Constantiense decreuit, & id iampridem in Ecclesia Romana fuit factitatum. Cui errori contradicunt sequentes Canones apud Gratianum *Cōsperinus quod quidam sumpta Cor-* *De Cōfess. dīst 2. Cān. Cōsperinus* poris sacri portione à Calice abstineant: qui prae- culdubio, quoniam nescio qua superstitione do- centur adstringi, aut integrā Sacramenta percipiāt, aut ab integris anceatur. Quoniam diuisio unius eiusdem ac M̄ſterij sine grandi sacrilegio non potest peruenire.

Can. sacer- Sacerdotes qui Eucharistia deserviunt & san-
dotes. l. q. i. guinem Domini populis eius dividunt in Calice
nobiscum vos estis simul: hoc sumimus simul, bibli-
mus simul, quia simul vivimus. Vide Can. quia
passus. Can. si non sunt. Can. in Cœna. Can.
timorem. Can. quum frangitur. Can. quid sit
sanguis De Consecr. dist. 2.

Missa. Et in Missa. Quoquot ex hac Altaris par-
ticipatione sacrosanctum filii tui Corpus & san-
guinem sumpserimus omni benedictione replea-
munt.

VIII.

Querunt Scholastici Pontificij quibus-
nam verbis Corpus Christi Conse-
cretur. Negotium eis facessit illa Missæ pre-
catio, qua sic rogat Sacerdos.

Missa. Iube hec perferri per manus Angeli tui: quod
Glossa ad Transubstantiationem refert: nec
I. 4. dist. 13. abhorret Lombardus. Constat autem, hanc
precationem in Missa subsequi recitatio-
Glossa in nem horum verborum: Hoc est Corpus meum:
Can. utru adeò ut quidam existiment propriè in cœlo,
in verbo aut certè in ministerio Angelorum fieri Cō-
professi. secrationem.

Durād. in Nonnulli dicunt Christum Consecrasse
rat. l. 4. c. hoc verbo Benedixit: vt alia tollatur repu-
gnantia, quum Christus dicatur fregisse Pa-
nem antequam eiusmodi verba pronuntia-
41. ret: Sacerdotes autem prius ea pronuntient
Thom. 3. q. quam hostiam frangant. Thomas ait Euan-
gelistas non eo ordine rem recitare quo-
78. gesta est. **Nec**

Nec parum est difficultatis constituere
quot verba præcisè requirantur ad formam
Consecrationis: qua de re Lomb. l.4. dist. 8.
Et Thomas Opusc. 59. Et 3. qu. 78. &c.

Scotus ad ignorantiam suam tanquam ad
perfugium recurrit: *Est, inquit, ignorantia li-* In report.
cita ignorare quot verba præcisè requirantur ad dist. 8. q. 2.
formam Consecrationis: ideo qui credit se scire er-
rat. Et paulò antè: *Graci non habent hanc for-*
mam Consecrationis sanguinis, & tamen non ne-
gamus eos confiscere Corpus Christi: unde in mul-
tis discordant à nobis quantum ad Sanguinem &
quantum ad corpus.

Porro demonstratio HOC Scotus ait
neque demonstrari Panem, nec Accidentia
Panis, neq; Corpus Christi, sed tantū aliquod
Ens: alioqui sermo non esset operatorius.

Vbi supra.

Durandus existimat Hoc referendum ad
Corpus Christi. Et factam fuisse consecratio-
nem per Verbum Benedixit: quam dissensio-
nem fuse tractatam videre licet apud Tho-
mam, 3. qu. 78. art. 5.

Sexcenta sunt eiusmodi quæ nondum re-
censeo, tantisper dum Noui Monachi opera
dederint, isti suorum gregalium dissensio-
nibus concilandis: si qua id arte & solertia
sophistica prestari possit. Nam ut recte Vete-
res censuerunt: quum variæ sint & multi-
plices mendacij viæ, una tamen cadémque
firmissima ei veritas, quam August. sum-
mam omnium magistram appellauit.

Theodor.
de curat. af
fect. Grac.
l. 2. de li. ar
bis. l. 2. c. 2.

T. j.

Superest ut ex nostra methodo indice-
mus errorum fontes & ~~τρόπων~~ ~~τρόπων~~ eo-
rum dogmatum quæ à nobis in hoc Theolo-
gico & Scholaſtico tractatu refutata sunt.
Atque ut id fiat **commodius**, seruabimus il-
lum ipsum ordinem, quem in Tractatu de
Spirituali manducazione sequutu sumus.

1. Caput doctrinæ de Iesu Chr̄to verè
~~Θεοῦ θραύσῳ~~, quo salus nostra continetur, non
recte & ~~οὐδὲ δύο~~ retinent. Quandoquidem
euertunt Humanæ p̄fisi Naturæ veritatem,
vt Realem Corporis Christi Inexistentiam
in terris & In, Cum, Sub Pane, vel sub Panis
Accidentibus & oralem ipsius Corporis Ma-
ducationem stabiliant. Atque ut id persua-
deant, opponunt diuinam eius Omnipoten-
tiā veritati ipsius Corporis. Quinetiam ab
recta planaque Scripturarum via, diuertunt
ad spinolas quasdam intricatas & nunquam
explicabiles Distinctiones: quibus, scilicet,
efficiant: Corpus Christi variis respectibus
esse verum simul, & non verum Corpus. In
iis autem Distinctionibus (quæ sunt nomine
tenus distinctiones) duo, demque grauiſſi-
mi errores admittuntur. Primum enim Re-
rum quibus distinguendis adhibentur, na-
turam tollunt. Deinde nihil aliud continent
quam inanem Petitionem principij & me-
ram ~~αὐθολεξιαν~~.

2. Ecclesiæ Coniunctionem cum cor-
pore

pore & Sanguine Iesu Christi non aliter cōstituunt quam per oralem Manducationem; ita ut, si ictis credas, Ecclesia ore tenus cum Christo coniungatur. spirituali verò Manducationi quæ sit Fide, & ut illi loquuntur, Charitate sola Christi beneficia tribuunt: non autem veram ipsius Christi perceptionē, Christum à suis donis & Meritis diuellentes: quæ errorem in Tractatu de Spirituali Manducatione confutauimus.

3. Spiritus S. virtutē & efficaciā nō agnoscunt: & quū sit vinculum aetissimæ nostræ cum Christo Coniunctionis: tamen illi putant, nos cum Christo coniungi, non virtute Spiritus Sancti, sed Reali inexistentia Corporis & Sanguinis Christi sub Signis & Orali ipsorum Manducatione & Potu: ita ut iam non sit Spiritualis sed Corporalis Coniunctio.

4. Fidei vim ac naturam in hoc mysterio planè ignorant (de qua copiosè egimus in illo Tractatu de Spirituali Manducatione) sola Fide Historica contenti: imò ne fidē ipsam historicam retinent: quæ nos iubet credere, Christum in cœlum ascendisse: vnde tum dum venturus est, quum viuos ac mortuos iudicabit: nullamq; aliam in terris futuram Humanæ ipsius naturæ præsentiam Realem nobis proponit. Quietiam ad percipiendū

T. ij.

Christi Corpus, Crédere, nihil illis aliud est, quām ipsorum Dogmati assentiri: Ex quo fit vt ex eorum sententia, Corpus Christi in Cœna Domini percipiatur, non vera Fide, sed Opere quodam Operato, vt vulgò Pontificij loquuntur. Huc spectat quod Pontificij tradunt de illorum Intentione qui ad S. Mensam accedunt: quam intentionem illi exponunt implicitam quandam fidem:qua (vt Scholasticos loquētes audiūimus) credunt alios credere:ex quo fit vt dicant, eos qui indignè hunc Panem manducant (vt loquitur Paulus) V E L L E manducare Corpus Christi : ac proinde Christi Corpus manducare: qui tamen si verè loquerentur, dicerent, eos velle vidēri manducare Corpus Christi. Nā eiusmodi Hypocritis satis supérque est exterior Religionis professio. Quamobrem illa vel Intentio vel Voluntas (vt loquuntur) si sit sine Fide & Pœnitentia, nec bona est intentio nec bona voluntas : & propterea maximè falluntur qui eiusmodi intentioni & voluntati nomen Fidei tribuunt. Ita enim statuendum est, falsum esse eos velle Manducare Corpus Christi , qui cum Christo communionem habere non expetunt . Nam si velint solo Ore manducare, non autem Animo, vi Pontificij obiectant, certè Christum reiiciunt: sed si volunt Animo & Fide manducare Corpus Christi iuxta eius promissiōnem in Verbo ipsius patefactam: habent igitur

tur Fidem & Pœnitentiam. Nos enim, dignè Manducare metimur, non ex Māducantium Perfectione (cur enim manducarēt?) sed Im perfectionis vera cognitione & serio sensu: quod quidem sine Fide & Pœnitentia fieri nequit. Ut enim cibum corporalem esurientes, & potum corporalem sitientes sumimus, ut illa nobis proficiat ad tuendam vitam: ita tūdem in verè percipimus Corpus & Sanguinem Christi, quum illud Corpus esurimus & sitimus illum Sanguinem: hoc est, quum agnoscimus peccata nostra, & vera Fide ad Dei misericordiā & ad vitam nobis in Christo exhibitam recurrimus. Ex quibus perspicuum est Aduersarios non intelligere quid sit Fides in hoc mysterio.

5. Sacramenti naturam & finem pertinent. Quum enim eò spectet ut nos sursum euehat ad Rerum cœlestium meditatiō nem: illi ad ipsa Signa & ad res Externas adhærescunt. Substantiam autem Sacramenti in Reali & essentiali Coniunctione Signi & rei Signatæ Realique inexistentia Rei & veritatis Significatæ in ipso & sub ipso Signo constituunt: ipsumque Sacramentum ex Re & Signo componunt, tanquam aliquod totum οὐσίαν & σωμάτων ex Partibus Integrantibus conflatum. Quorum omniū errorum primaria causa est, quod in exponendis Christi verbis, neglexerint præclaram hanc

In Ench. Augustini sententiam quæ firmissimè nititur verbo Dei: nempe ,Locos Scripturæ difficiliores ita esse exponendos , vt quod proponitur aliis Scripturæ locis manifestis non inueniatur ess. contrarium. Ita sit vt quum illi τὸ πντὸν υργεῖται, tamen ipsa verba ita pertinetunt, vt de subiecto faciant Prædicatum & contraria. Sic enim Christus. *Hoc est Corpus meum.* At illi sic exponunt: Corpus meum est In, Cum, Sub Pane: vel sub Panis Accidentibus. Qui etiam vocabulis Enuntiati illius alienas & commentitias significationes affingunt.

Quæ quum ita sint, quum nostram, hoc est Orthodoxæ Ecclesiæ sententiam ex locis Scripturæ firmissimis & certissimis confirmaverimus, eamque evidentem & Necessariam Apodeicticis Argumentis efficerimus: Aduersariorum autem sententiam & Dogmata ἐλεγμένα refutauerimus: ipsorumque Obiectiones ex aperto Dei verbo dissoluerimus: manet nostræ sententiæ veritas, ante priorum omnium oculos in media Scripturæ luce constituta: nempe quoties S. Domini Cœna ex instituto Christi celebratur Panē & Vinum quæ nobis ore corporis sumenda proponuntur, essentiam ac substantiam suā retinere, & nihilominus fieri signa & sigilla certissima veri Corporis & Sanguinis Iesu Christi corporaliter in cœlo existentis: quæ quidem

quidem videlicet Corpus & sanguis Christi animis nostris exhibentur vera fide recipienda, idque virtute & efficacia Spiritus Sanctissimam hanc & spiritualem coniunctionem efficientis: Itemque fieri signa & sigilla sanctissimæ communionis cum mystico corpore Iesu Christi quod est Ecclesia.

Faxit autem Pater ille cœlestis per Iesum Christum vere Θεονθωπων pro nobis mortuum & a mortuis excitatum, quicum spirituali & arctissima communione coniuncti vitam cœlestem & æternam ab eo percipimus, ut sanctissimum Cœnæ Domini mysterium, quo vera haec & viuifica communio verissime ob-signatur & sanctitur ab humanais commentis vindicet, & extinctis omnibus in Ecclesia Christiana dissidiis, nostros animos verbi sui radiis illustratos, & Christianæ pacis vinculo deuinctos, ita disponat ut ad Sacram illam Mensam ex Instituto Christi, cum ea qua decet reuerentia accedentes, Corpore & Sanguine Christi, adeoque ipso Christo vera fide, Sancti Spiritus efficacitate verè perfruamur.

L A V S D E O.

A 2307832


COLLEGIALE CIRCA
Errata sic erunt corrigenda.

Pag 16. lin 2. genimen. p. 59. l. 17. irretitum. p. 61. l. 9. num
stabit. p. 64. l. ultima pro. Porro lege Si. p. 65. l. 15. quot. p. 67. l.
21. negent Verum. p. 70. l. 19. ai. p. 95. l. 30. sint & l. 18. Cum. p.
102. l. 5. sint. p. 108. l. 13. Hic vel ibi. p. 110. l. 10. refugnet. p. 114.
l. 1. utrunque p. 127. l. 1. Phasi. l. 14. & p. 126. l. 20. si vinum.
p. 130. l. 24. Corpus Christi. p. 133. l. 10. dicentque & l. 19. expo-
nendi. p. 134. l. 30. dele eumque. p. 139. l. 22. deserto. p. 143. l. 22.
Signati. p. 171. l. 1. p. 173. l. 3. potuerint. p. 180. l. 7.
spiritualis p. 185. l. 11. diuidicare. & l. 2. Sic. p. 197. l. 18. dele in.
p. 199. l. 22. illi. p. 206. l. 13. sensibilis. p. 208. l. 21. digneeretur &
l. penult. & re. p. 213. l. 22. & eterna p. 232. l. 24. sunt 266. l. 4.
si sit opus. 284. l. 26. Christi conuenient. & l. 27. quibusnam.

OCN 974187155

no
ice
om
lat
nūle
lēq
xx
her
re
sa

pre
em
com
eq
nū
et
is
m
uci
ti
nū
ca
au
er
re
m



2093 - 2093 ker

lignum & atque 3 furore

Hactum uō quod dolō iūtum est non ualeat. s. d.
aduersus. Item si alii sic capiosum. f. teres
sud quod i. si. Item si sic qra tonos mores. c.
exeo. Item quod obseruatum euergit ad dispe
nis eternenō tenet. s. e. pactōnes ubi tehor. Item
ar. quod exnudo pacto ontur aeno. v. q. u. q.
gio. t. q. v. quia. t. o. licet sic ē. secundum lege
l. uir. genitū. f. s; cum nulla. v. g. mida paci
uō parit. s; parit excepōm quia mortalē pcc

se posita ad pacem firmē tenē
dam mutuū sibi cōsilium et
auxilium prebeant neq; hoc
aliamis amore ul' odio pret
mittant qd' si quis i. hoc opere
tepidus iuuentus fuit dīpnū
pprie dignitatis i. currit. **I**tem

Non amus
Int pbri māchi connexi pe
gim imperatores rustici eun
tes ut redirentur et lagrācul
tura existentes et animalia q
bus arant et semina portant
adigrum congnita securitate
lorentur. **O**tonilio affricano
maginus cit. **S**pactis

Dfir
z

